Ibid. Σ., εἰς τὴν νάπην etc. Edit. Rom.

V. 7. Nolumus præterire in Beatissima et sine macula concepta Virgine Maria impleri quod in hoc commate dicitur. Cf. S. Thom. Sum. iii, q. 27, art. 4. Et jampridem S. Mater nostra Ecclesia cecinit: *Tota pulcra es Maria, et macula originalis non est in Te.* DRACH.

V. 8. Σ., ἀπὸ τοῦ λιθ-. Edit. Rom. et Drusius.

Ibid. Ἀ., ἀμανά. Ibidem.

Ibid. Ἀ., ἀπὸ κατοικητηρίου. Ibidem.

V. 9. Σ., Ε', ἐθάρσυνάς με. Theodoretus Symmachi esse ait, Edit. Rom. et Drusius Quintæ editionis.

Ibid. Ἀ., ἐν ἐνὶ etc. Edit. Rom. et Drusius.

V. 10. Ἀ., ἐκαλλιωπίστησαν etc. Ibidem.

Ibid. Σ., ἀπὸ οἴνου. Ibidem.

V. 11. Ἀ., γλυκασμὸν etc. Ibidem.

V. 13. Ἐβρ., ἐκ στόματός σου παράδεισος βροῶν. Sic Reg. unus Procopii codex. Ubi interpres ille in voce τῆτω litteram τ pro particula habet, quales bene multæ reperiuntur in hoc libro. τῆτω vero quasi significet *maxilla tua*, vel *os tuum*. LXX vero qui litteram τ pro radicali habuerunt, vertunt ἀποστολαί σου, *emissiones tuæ*.

Ibid. Σ., ὀπωρῶν. Edit. Rom. et Drusius.

V. 14. Ἀ., καὶ ἀλωή etc. Ibidem.

V. 15. Ε', βρόντων. Ibidem.

V. 16. Ἀ., βρήτωσαν. Ibidem.

Ibid. Ἀ., Σ., αὐτοῦ ὀπωρῶν. Ibidem. In Vulgata hæc pertinent ad versum 4 capitis sequentis.

## CANTICI CANTICORUM CAPUT V.

ΣΥΜΜΑΧΟΣ.	Ο΄.	ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.
1. Ἐνεμήθην τὸν δρυμὸν μου.	1. Ἐφαγον ἄρτον μου. 1.	
Ἐταῖροι, ἀδελφίδοί.	Ἄδελφοί.	
SYMMACHUS.	LXX INTERPRETES.	THEODOTIO.
1. Depavi sylvam meam.	1. Manducavi panem meum. 1.	
Socli, fratruceles.	Fratres.	

## ΤΟ ΕΒΡΑΪΚΟΝ.

- 2 רסוסי לילה  
4 וסעי הדמ  
5 על נפח  
6 חמק עבר  
נפשי יצאה בדבר  
7 פצעני  
את-רדידי  
10 נח  
דגל  
11 נתם פו  
12 אפיקי מים  
13 כעדות הבשם  
מוד עובר  
14 כמלאים בתרשיש  
15 עמודי שש  
17 אנה הגך

## VERSIO HEBRAICI TEXT.

2. Guttis noctis.  
4. Et viscera mea tumultuaverunt.  
5. Super manubria.  
6. Circuierat, transierat.  
Anima mea egressa est in loquendo ipsum.  
7. Vulneraverunt me.  
Pallium meum.  
10. Candidus.  
Vexillatus.  
11. Massa auri Obrizi.  
12. Torrentes aquarum.  
13. Sicut areola aromatis.  
Myrrham transeuntem.  
14. Pleni in Tharsis.  
15. Columnæ marmoreæ.  
17. Quo abiit?

## ΤΟ ΕΒΡΑΪΚΟΝ

Ἑλληνικοὶς γράμμασι.

2.  
4.  
5.  
6.  
7.  
10  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
17.

## VULGATA LATINA.

2. Guttis noctium.  
4. Venter meus intremult.  
5. Pessulum ostii mei.  
6. Declinaverat atque transierat.  
Anima mea liquefacta est, ut locutus est.  
7. Vulneraverunt me.  
Pallium meum.  
10. Candidus  
Electus.  
11. Aurum optimum.  
12. Rivulos aquarum.  
13. Sicut areolæ aromatum.  
Myrrham primam.  
14. Plenæ hyacinthis.  
15. Columnæ marmoreæ.  
17. Quo abiit?

## ΑΚΥΛΑΣ.

2. Ψεκάδων νυκτερινῶν.  
4.  
5.  
6. Ἐκλινε, παρῆλθεν.  
7. Ἐμολώπησάν με.  
10.  
Ἐκλελεγμένος.  
11. Λιθέα τοῦ χρυσοῦ.  
12. Ἐκχύσεις ὑδάτων.  
13. Ὡς πρασιαὶ τοῦ ἀρώματος.  
Σμύρναν ἐπιλεκτήν.  
14.  
15. Στύλοι Πάρινοι.  
17. Ποῦ ἐπορεύθη;

## AQUILA.

2. Stillie nocturnis.  
4.  
5.  
6. Declinavit, transivit.  
7. Vulneribus affecerunt me.  
10.  
Electus.  
11. Lapidem (vel pondus) auri.  
12. Effusiones aquarum.  
13. Sicut areæ aromatis.  
Myrrham electam.  
14.  
15. Columnæ Paris.  
17. Quo abiit?

## Notæ et variæ lectiones ad cap. V Cantici Canticorum.

V. 1. Σ., ἐνεμήθη. Edit. Rom. et Drusius.  
Ibid. Ἄ., Σ., ἐταίροι, ἀδελφοὶ. Secunda lectio, ἀδελφοὶ, est Symmachi. Ex edit. Rom. et Drusio.  
Adde hoc in comate, ex edit. Rom., pro ἀπροδρῶν, nucum, LXX interpretum, Aquil., et Sym. vertisse, ὄπωρον, pomorum autumnalium. DRACH.  
V. 2. Ἄ., Σ., ψεκάδων etc. Ex iisdem.

V. 4. Σ., καὶ τὰ ἔντερα etc. Ex iisdem. Ο', ἰθροῆθη. Theodoretus, ἰθερμάνθη, incaluit.  
V. 5. Ἄλλος, ἐπὶ θύρας. Ex iisdem.  
V. 6. Ἄ., ἐκλινεν etc. Ex iisdem.  
Ibid. Σ., ψυχὴ μου. Ex iisdem.  
V. 7. Ἄ., ἐμολώπησαν etc. Ex iisdem.  
Ibid. Ἄλλος, ἐδ κάλυμμα. Ex iisdem.

## CANTICI CANTICORUM CAPUT VI.

## ΤΟ ΕΒΡΑΪΚΟΝ.

- 1 לערדתי  
לרש  
VERSIO HEBRAICI TEXT.  
1. Ad areolas.  
Ad pascendum.

## ΤΟ ΕΒΡΑΪΚΟΝ

Ἑλληνικοὶς γράμμασι.

1.  
1.  
Ut pascatur.

## VULGATA LATINA.

1. Ad areolas.  
Ut pascatur.

## ΑΚΥΛΑΣ.

1. Εἰς πρασιάς.  
Τοῦ νέμεσθαι.  
AQUILA.  
1. In areas.  
Ad pascendum.

ΣΥΜΜΑΧΟΣ.	Θ.	ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.
2. Ψεκάδων νυκτερινῶν.	2. Ψεκάδων νυκτός.	2.
4. Καὶ τὰ ἔντερα μου ἐταράχθη.	4. Καὶ ἡ κοιλία μου ἐθροήθη.	4.
5.	5. Ἐπὶ χεῖρας. Ἄλλος, ἐπὶ θύρας.	5.
6. Ἀπονεύσας παρῆλθεν.	6. Παρῆλθε.	6.
Ψυχὴ μου ἐξήρχετο λαλοῦντος αὐτοῦ.	Ψυχὴ μου ἐξῆλθεν ἐν λόγῳ αὐτοῦ.	
7.	7. Ἐτραυμάτισάν με. Τὸ θέριστρόν μου. Ἄλλος, τὸ κάλυμμά μου.	7.
10. Λαμπρός.	10. Λευκός.	10.
Ἐπιλεκτός.	Ἐκλελοχισμένος.	
11. Χρυσίον.	11. Χρυσίον κεφαλῆς. Ε', ἐπίσημος χρυσῶ.	11. Ἐπίσημοι ἐν χρυσίῳ.
12.	12. Πληρώματα ὕδατων.	12.
13.	13. Ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος.	13.
Σμύρναν πρωτείαν.	Σμύρναν πλήρη.	
14. Πλήρεις ὑακίνθων.	14. Πεπληρωμένοι θαρσίς. Γ', πλήρεις χρυσολίθων.	14.
15.	15. Στύλοι μαρμάρينوι.	15. Στύλοι Πάρινοι.
17. Ποῦ ἀνεχώρησεν, SYMMACHUS.	17. Ποῦ ἀπῆλθεν; LXX INTERPRETES.	17. THEODOTIO.
2. Stillis nocturnis.	2. Guttis noctlis.	2.
4. Ei intestina mea turbata sunt.	4. Et venter meus conturbatus est.	4.
5.	5. Super manus. <i>Alius</i> , ad ostia.	5.
6. Renuens transivit.	6. Transivit.	6.
Anima mea egrediebatur eo loquente.	Anima mea egressa est in sermone ejus.	
7.	7. Vulneraverunt me. Theristrum meum. <i>Alius</i> , operimentum meum.	7.
10. Splendidus.	10. Candidus.	10.
Electus.	Electus.	
11. Aurum.	11. Aurum cephas. V, insignis auro.	11. Insignes in auro.
12.	12. Plenitudines aquarum.	12.
13.	13. Sicut phialæ aromatis.	13.
Myrrham primam.	Myrrham plenam.	
14. Plenæ hyacinthis.	14. Repletæ Tharsis. VI, plenæ chrysolithis.	14.
15.	15. Columnæ marmoreæ.	15. Columnæ Parizæ.
17. Quo recessit?	17. Quo abiit?	17.

## Notæ et variæ lectiones ad cap. V Cantici Canticorum.

V. 10. Σ., λαμπρός. Ex iisdem.	V. 13. Ἀ., ὡς πρασιαί. Ex iisdem.
Ibid. Ἀ., ἐκλελεγμένος. Ex iisdem.	Ibid. Ἀ., σμύρναν ἐπιλ-. Ex iisdem.
V. 11. Ἀ., λιθέα etc. Ex iisdem. Theodoretus vero, Σ., ὡς λίθος τίμιος, ut lapis pretiosus. Ε', ἐπίσημον χρυσῶ.	V. 14. Σ., πλήρεις ὑακ- Ex iisdem.
V. 12. Ἀ., ἐγχύσεις. Ex edit. Rom. et Drusio.	V. 15. Ἀ., Θ., στύλοι Πάρινοι. Ex iisdem.
	V. 17. Ἀ., ποῦ ἐπορεύθη etc. Ex iisdem.

## CANTICI CANTICORUM CAPUT VI.

ΣΥΜΜΑΧΟΣ.	Θ.	ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.
1. Εἰς πρασιάς.	1. Εἰς φιάλας.	1.
Τοῦ νέμεσθαι.	Ποιμαίνεσιν. Γ', τοῦ νέμεσθαι.	
SYMMACHIUS.	LXX INTERPRETES.	THEODOTIO.
1. In areas.	1. Ad phialas.	1.
Ad pascendam.	Pascere. VI, ad pascendum.	

TO EBPAIKON.	TO EBPAIKON Ἑλληνικοῖς γράμμασι.	AKYAAΣ.
2 הרדעה בשושנים	2.	2.
5 כתרצה אימה כנגלות	3.	3. Κατ' εὐδοκίαν.
4 מנגדי שגלשו	4.	4. Ἀπὸ κατέναντί μου.
5 שניך כעדר הדולים	5.	5. Ὀδόντες σου ὡς ἀγέλαι πῶν προβάτων.
6 מבעד לעבותך	6.	6.
8 ויאשרה	8.	8. Καὶ ἐπήνεσαν αὐτήν.
9 הנשקפו	9.	9.
אימה כנגלות		
10 ירדתי לראות באבי הבבל	10.	10.
11 לא ידעתי נפשי שכותני מרכבות עמי נדיב	11.	11. Οὐκ ἔγνων ἢ ψυχὴ μου. . . Ἄρμασι λαοῦ ἐκουσιαζομένου ἀρ- χόντος.
12 שובי שובי השלמית רנחה	12.	12. Ἐπίστρεφε , ἐπίστρεφε , ἢ εἰρηνεύουσα.
<b>VERSIO HEBRAICI TEXT.</b>	<b>VULGATA LATINA.</b>	<b>AQUILA.</b>
2 Pascens in liliis.	2. Qui pascitur inter lilia.	2.
3. Secundum beneplacitum.	3. Suavis.	3. Secundum beneplacitum.
Terribilis ut vexillatae.	Terribilis ut castrorum acies ordinata.	
4. E regione mei. Quae depilarunt se.	4. A me. Quae apparuerunt.	4. Ex adverso mei.
5. Dentes tui sicut grex ovium.	5. Dentes tui sicut grex ovium.	5. Dentes tui sicut greges ovium.
6. Intra comam tuam.	6. Absque occultis tuis.	6.
8. Et beatam dixerunt eam.	8. Et beatissimam praedicave- runt.	8. Et laudaverunt eam.
9. Quae respicitur.	9. Quae progreditur.	9.
Terribilis ut vexillatae.	Terribilis ut castrorum acies or- dinata.	
10. Descendi ad videndum in fructus convallis.	10. Descendi ut viderem poma convallium.	10.
11. Non novi , anima mea po- sult me. Quadrigae populi mei munifici.	11. Nescivi : anima mea contur- bavit me. Propter quadrigas Aminadab.	11. Non novit anima mea... Curribus populi spontanei prin- cipis.
12. Revertere , revertere , Sula- mith. Et videbimus.	12. Revertere , revertere , Sula- mitis. Ut intueamur.	12. Convertere , convertere , pa- cifica.

ΣΥΜΜΑΧΟΣ.	Υ.	ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.
2. Ὁ ποιμαίνων ἄνθη.	2. Ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις. <i>Γ'</i> , τῷ νεμομένῳ ἐν τοῖς κρίνοις.	2.
3. Εὐδοκῆτή.	3. Ὡς εὐδοκία. <i>Ε'</i> , ἕως εὐδοκῶ.	3.
Ἐπιφοβος ὡς τάγματα παρεμβολῆς.	Θάμβος ὡς τεταγμένοι. Ἄλλος, θάμβος ὡς τεταγμένοι παρατάξεις.	
4.	4. Ἀπεναντίον μου.	4.
	Αἱ ἀνεφάνησαν. Ἄλλος, αἱ ἀνέθησαν.	
5. Ὀδόντες σου ὡς ἀγέλαι τῶν ἀμνάδων.	5. Ὀδόντες σου ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων.	5.
6. Σκεπόμενοι καλύμματι.	6. Ἐκτὸς τῆς σιωπῆσεώς σου.	6.
8. Καὶ ἐπήνεσαν.	8. Καὶ μακαριοῦσι αὐτήν.	8.
9.	9. Ἐκχύπτουσα. Ἄλλος, ἀναβαίνουσα.	9.
Ἐπιφοβος μετὰ σίφους.	Θάμβος ὡς τεταγμένοι. Ἄλλος, ὡς ἐπιφάνεια. <i>Ε'</i> , ἐπιφανῆς ὡς μεγαλυνομένοι. <i>Γ'</i> , καταπληκτικὴ ἐν μεμεγαλυμμέναις.	
10. Κατέβη καταμαθεῖν τὰς ὀπὰς τῆς φάραγγος.	10. Κατέβην ἰδεῖν ἐν γενήμασι τοῦ χειμάρρου. Ἄλλος, ... ἰδεῖν τὸν καρπὸν τῶν χειμάρρων.	10.
11. Οὐκ οἶδα, ἡ ψυχὴ μου ἤπλησέ με.	11. Οὐκ ἔγνω ἡ ψυχὴ μου· ἔθετό με.	11.
Ἄρμασι λαοῦ τοῦ ἡγουμένου.	Ἄρματα Ἀμιναδάβ. <i>Ε'</i> , ἔθευ με εἰς ἄρμα λαοῦ ἡγουμένου.	
12. . . . ἡ ἐσκυλυμένη.	12. Ἐπίστρεψε, ἐπίστρεψε, ἡ Σουναμίτις. <i>Ε'</i> , . . . εἰρηνεύουσα. Καὶ ὀψόμεθα. Ἄλλος, καὶ ὀραματισθησόμεθα.	12.
SYMMACHUS.	LXX INTERPRETES.	THEODOTIO.
2. Pascens flores.	2. Qui pascit in liliis. VI, pascenti in liliis.	2.
3. Beneplacens.	3. Sicut beneplacitum. V, donec placuerit.	3.
Terribilis ut legiones castrorum.	Pavor ut ordinatae. <i>Alius</i> , pavor ut ordinatae acies.	
4.	4. E regione mei.	4.
	Quae apparuerunt. <i>Alius</i> , quae ascenderunt.	
5. Dentes tui sicut greges agnorum.	5. Dentes tui sicut greges tonsarum.	5.
6. Tectae operimento.	6. Extra taciturnitatem tuam.	6.
8. Et laudaverunt.	8. Et beatificabunt eam.	8.
9.	9. Quae progreditur. <i>Alius</i> , ascendens.	9.
Terribilis cum turma.	Pavor ut ordinatae. <i>Alius</i> , ut apparitio. V, illustris ut magnificatae. VI, terrorem afferens in magnificatis.	
10. Descendit ad discendum autumnales fructus vallis.	10. Descendi videre in genimina torrentis. <i>Alius</i> , ... videre fructum torrentium.	10.
11. Non novi, anima mea dubium fecit me.	11. Non novit anima mea: posuit me.	11.
Curribus populi ductoris.	Currus Aminadab. V, posuisti me in currum populi ductoris.	
12. (Revertere, revertere) spontanea.	12. Convertere, convertere, Sunamitis. V, . . . pacifica. Et videbimus. <i>Alius</i> , et visionem habebimus.	12.

Notæ et variæ lectiones ad cap. VI Cantici Canticorum.

- V. 1. 'A., Σ., εἰς ἑπραστιάς. Edit. Rom. et Drusius. *avor ut ordinatæ acies.*  
 Ibid. 'A., Σ., Γ', τοῦ νέμεσθαι. *Idem.*  
 V. 2. Σ., ὁ ποιμαίνων ἀνθη. Theodoretus. Sextæ vero editionis lectionem habent editio Romana et Drusius.  
 V. 3. 'A., κατ' εὐδοκίαν etc. Ed. Rom. et Drusius.  
 Ibid. Σ., ἐπίφοβος etc. Sic ed. Rom. et Drusius. Sed duo Regii alteram lectionem Symmacho tribuunt, nempe, θάμβος ὡς τεταγμέναι παρατάξεις, *ut supra.* Cæteras lectiones ex edit.

CANTICI CANTICORUM CAPUT VII.

TO EBPAIKON.	TO EBPAIKON Ἑλληνικοῖς γράμμασι.	AKYAAΣ.
מִן-תְּחִינֵי בְּשׁוּלְמִית כְּמִחְלָתָן דְּמַחְנִים	1.	1. Τί ὄραματισθήσεθε ἐν εἰρη- νευούσῃ;
בַּת-נָדִיב		Θυγάτηρ ἀρχοντος.
2 עֲרֻמָּת	2.	2.
4 בְּרִנּוֹת	4.	4.
בַּחֲשֵׁבָן		Ἐπιλογισμὸν.
בַּת-רַבִּים		
5 חֲלָה רֵאשֶׁתְךָ כְּאַרְבָּן מִלֶּךְ אֶסֶד בְּרֵהִימִים	5	5.
6 בַּתְּעֻגִים	6.	6. Θυγάτηρ τρυφῶν.
7 זֹאת קִוְּמֹתְךָ	7.	7. Αὕτη ἀνάστασις σου.
8 אַחַזָּה בְּסַנְסֶנִי	8.	8. Κρατήσω τῶν ἐλατῶν αὐτοῦ.
9 דִּלְךָ לְחֹדֵי לְמִישָׁרִים	9.	9.
דִּבְבֵי שְׁפָתַי יִשְׁעִים		Χεῖλεσι καὶ ὀδοῦσι.
12 אֶס-פְּרִתָּה	12.	12. Et ἐδλάστησεν.

VERSIO HEBRAICI TEXT.

1. Quid videbitis in Sulamith, sicut chororum castrorum.

- Filia magnifici.  
 2. Acervus.  
 4. Piscinæ.  
 In Hesebon.  
 Filia multorum.  
 5. Et coma capitis tui sicut purpura : rex ligatus in canalibus.

6. In deliciis.  
 7. Hæc statura tua.  
 8. Apprehendam ad ramos ejus.  
 9. Vadens ad dilectum meum ad rectitudines.  
 Loqui faciens labia dormientium.  
 12. An gemmuerit.

VULGATA LATINA.

1. Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?

- Filia principis.  
 2. Sicut acervus.  
 4. Piscinæ.  
 In Hesebon.  
 Filia multitudinis.  
 5. Et comæ capitis tui sicut purpura regis vincita canalibus.

6. In deliciis.  
 7. Statura tua.  
 8. Et apprehendam fructus ejus.  
 9. Dignum dilecto meo ad potandum.  
 Labiisque et dentibus illius ad ruminandum.  
 12. Si floruit.

AQUILA.

1. Quam visionem habebitis in pacifica?

- Filia principis.  
 2.  
 4.  
 Cogitationem.  
 5.

6. Filia deliciarum.  
 7. Hæc resurrectio tua.  
 8. Apprehendam abietes ejus.  
 9.  
 Labiis et dentibus.  
 12. Si germinavit.

## Notæ et variæ lectiones ad cap. VI Cantici Canticorum.

Rom. et Drusio mutuamur.

V. 10. Σ., κατέβη καταμαθεῖν etc. Sic Reg. unus. In edit. Rom. quæ sequentem etiam lectionem adfert, deest κατέβη:

V. 11. 'Α., οὐκ ἔγω etc. Itæ lectiones prodeunt ex edit. Rom. et Drusio.

Ibid. 'Α., ἔρμασι λαοῦ ἐκουσιαζομένου ἄρχοντος. Theodoretus. Illud autem, ἄρχοντος, videtur ad alteram versionem pertinere. Sequentem etiam Sym-

machi lectionem adfert Theodoretus; Quintæ editionis, Drusius et editio Romana. Prima vox, ἔθουμα, refertur ad lectionem præcedentem.

V. 12. 'Α., ἐπίστρεψε etc. Theodoretus et unus Regius. Symmachi lectionem habet editio Romana; Quintæ unus Regius ex Procopio.

Ibid. 'Αλλος, καὶ δραματισθησόμεθα. Edit. Rom. et Drusius. Est haud dubie Aquilæ, ut versu I capituli sequentis.

## CANTICI CANTICORUM CAPUT VII.

ΣΥΜΜΑΧΟΣ.	V.	ΘΕΟΔΩΤΙΩΝ.
1. Τὴν ἐσχυλευμένην ἐν τρώσεσι τῶν παρεμβολῶν.	1. Τί ὄψεσθε ἐν Σουναμίτιδι, ἡ ἐρχομένη ὡς χοροὶ τῶν παρεμβολῶν. "Ἄλλος, διερχομένη ὡς χορὸν τῶν παρεμβολῶν.	1.
Θύγατερ ἡγεμόνος.	Θύγατερ Ναδάβ. "Ἄλλος, θύγατερ ἐκουσιαζομένου.	
2. Ὡς σιρὸς.	2. Θημωνία.	2.
4. Καλυμθῆθραι.	4. Λίμναι.	4.
Θυγατέρων πλήθους.	Ἐν Ἐσεβίων.	
5.	Θυγατρὸς πολλῶν.	
6.	5. Καὶ πλόκιον κεφαλῆς σου ὡς πορφύρα· βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς. "Ἄλλος, καὶ ἡ διακόσμησίς σου ὡς πορφύρα βασιλέως περιδεδεμένη εἰλήμασι. "Ἄλλος, . . . δεδεμένη βερατείμ.	5.
7. Αὐτὴ ἡλικία σου.	6. Ἐν τρυφαῖς. "Ἄλλος, ἀγαπητὴ ἐν σπατάλαις.	6.
8. Τῶν βαίων.	7. Τοῦτο μέγεθός σου.	7.
9. Ἀρμόζων τῷ ἀγαπητῷ μου εἰς εὐθύτητα.	8. Κρατήσω τῶν ὕψων αὐτοῦ.	8.
Ἐπροσιθέμενος χεῖλεσι.	9. Πορευόμενος τῷ ἀδελφιδῷ μου εἰς εὐθύτητα.	9.
12.	Ἰκανούμενος ἐν χεῖλεσί μου καὶ ὀδοῦσι.	
SYMMACHUS.	12. Εἰ ἦνθησεν. ὚', εἰ ἐβλάστησεν.	12.
1. Spoliatam in vulncribus castrorum.	LXX INTERPRETES.	THEODOTIO.
Filia ducis.	1. Quid videbitis in Sunamitide, quæ venit sicut chori castrorum. <i>Alius</i> , pertranseuntem quasi castrorum castrorum.	1.
2. Tanquam acervus.	Filia Nadab. <i>Alius</i> , filia sponsantici.	
4. Piscinæ.	2. Acervus.	2.
Filiarum multitudinis.	4. Stagna.	4.
5.	In Esebon.	
6.	Filiæ multorum.	
7. Hæc statura tua.	5. Et plexus capitis tui sicut purpura : rex ligatus in transcurribus. <i>Alius</i> , et ornatus tuus sicut purpura regis circumligata involueris. <i>Alius</i> ,... vincita beratim.	5.
8. Rames palmæ.	6. In deliciis. <i>Alius</i> , dilecta in deliciis.	6.
9. Convivens dilecto meo in rectitudinem.	7. Hæc magnitudo tua.	7.
Coniunctus labiis.	8. Tenebo cacumina ejus.	8.
12.	9. Vadens fratrucli meo in rectitudinem.	9.
	Sufficiens in labiis meis et dentibus.	
	12. Si floruit. VI, si germavit.	12.

ΤΟ ΕΒΡΑΙΚΟΝ.

ΤΟ ΕΒΡΑΙΚΟΝ

ΑΚΥΛΑΑΣ.

תנח  
 וְיִפְתָּח לִי  
**VERSIO HEBRAICI TEXT.**  
 Floruerunt.  
 13. Abscondi tibi.

13.  
**VULGATA LATINA.**  
 Floruerunt.  
 13. Servaſi tibi.

Ἦνοιξαν.  
 13. Ἀπέκρυψά σοι.  
**AQUILA**  
 Aperuerunt.  
 13. Abscondi tibi.

**Notæ et variæ lectiones ad cap. VII Cantici Canticatorum.**

V. 1. Ἄ., τί δραματισθήσεσθε etc. Drusius et edit. Rom.  
 Ibid. Σ., τὴν ἐσχυλευμένην etc. lidem.  
 Ibid. Ἀ., θυγατέρ ἀρχοντος. Theodoretus. Symmachi lectionem habent Drusius et edit. Rom. pariterque sequentes.

V. 2. Σ., ὡς εὐφράς. lidem.  
 V. 4. Σ., κολυμβήθραι. lidem.  
 Ibid. Ἀ., ἐπιλογισμὸν. Theodoretus.  
 Ibid. Σ., θυγατέρων πλήθους. Edit. Romana et Drusius.  
 V. 5. Ἄλλος, καὶ ἡ διακόσμησίς σου etc. Παρ-

**CANTICI CANTICORUM CAPUT VIII.**

ΤΟ ΕΒΡΑΙΚΟΝ.

ΤΟ ΕΒΡΑΙΚΟΝ

ΑΚΥΛΑΑΣ.

מִי יוֹחַדְךָ כֹּחַ לִי  
 אֲבִיצֶאךָ בְּדֶלֶת אֶשְׁכֶּךָ

1.

1. Τίς δώσει σε ὡς ἀδελφὸν ἐμοί;

גַּם לֹא-יִבֹד לִי

Οὐκέτι μνηστῆροισί με.

2 תְּלַמְדֵנִי

2.

2.

מִיִן הַרְקָה  
 3 עַל-יְמֵי מֶלֶךְ-הַדְּבַר

3.

3.

כְּחַרְפָּתָה

תַּחַת רִתְּמֶךָ עַל-רִתְּמֶךָ  
 טָבַחַת-חַלְתֶּךָ

6.

Ἰποκάτω τοῦ μήλου ἐξήγειρά σε.  
 Ἐκεῖ διεφθάρη.

6 שִׁימֵנִי

כִּי-עָנָה נְבוֹת אֲהַבָה

רַשְׁפִּיהַ רַשְׁפִּי אֵשׁ

7 אֵם-יִתֶּן אִישׁ אֶת-כָּל-הָהָן בֵּיתִי

7.

7. Ἐάν δὲ ἀνήρ σὺμπασαν ὑπαρξίν τοῦ οἴκου αὐτοῦ.

**VERSIO HEBRAICI TEXT.**

**VULGATA LATINA.**

**AQUILA.**

1. Quis dabit te ut fratrem mihi?  
 Inveniam te in platea, osculer te.

1. Quis mihi det te fratrem meum?  
 Ut inveniam te foris, et deosculer te.

1. Quis dabit te ut fratrem mihi?

Etiam non contemnant me.

Et jam me nemo despiciat.

Non amplius subsannabunt me.

2. Docebis me.

2. Ibi me docebis.

2.

De vino condituræ.

Ex vino condito.

5. Ascendens de deserto.

5. Quæ ascendit de deserto.

5.

Adjungens se.

Delictis affluens, innixa.

Sub malo excitavi te.

Sub arbore malo suscitavi te.

Sub malo excitavi te.

Ibi concepit te.

Ibi corrupta est.

Ibi corrupta est.

6. Pone me.

6. Pone me.

6.

Quia fortis est ut mors dilectio.

Quia fortis est ut mors dilectio.

Prunæ ejus, prunæ ignis.

Lampades ejus, lampades ignis.

7. Si dederit vir omnem substantiam domus suæ.

7. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ.

7. Si dederit vir omnem substantiam domus suæ.

ΣΥΜΜΑΧΟΣ.

Ο΄.

ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.

13. Ἀπέκρυψά σοι.  
SYMMACHIUS.Ἦθησαν.  
13. Ἐτήρησά σοι.  
LXX INTERPRETES.13.  
THEODOTIO.

13. Abscondi tibi.

Floruerunt.  
13. Servavi tibi.

13.

Notæ et variæ lectiones ad cap. VII Cantici Canticorum.

ciones prædeunt ex edit. Romana et Drusio. [Ειλή- βαίων. Edit. Rom. et Drusius.  
μασι. Sic, ab ειλέω. Noster autem atque Lamb. Bos Ibid. Σ., προστιθέμενος etc. Ibidem.  
perperani cum spiritu aspero ediderunt. DRACH.] V. 12. Ἄ., Γ', εἰ ἐβλάστησεν. Ibidem.  
V. 6. Ἄ., θυγάτηρ etc. Ex iisdem. Ibid. Ἄ., ἤνοιξαν. Ibidem.  
V. 7. Ἄ., αὐτὴ ἀνάστασις etc. Ex iisdem. V. 13. Ἄ., Σ., ἀπέκρυψά σοι. Ibidem.  
V. 8. Ἄ, κρατήσω etc. Theodoretus. Σ., τῶν V. 9. Σ., ἀρμύζων etc. Ibidem.

## CANTICI CANTICORUM CAPUT VIII.

ΣΥΜΜΑΧΟΣ.

Ο΄.

ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.

1.  
Ἵνα εὐροῦσά σε ἔξω φιλήσω σε.1. Τίς δὴρῃ σε, ἀδελφιδέ μου;  
Εὐροῦσά σε ἔξω φιλήσω σε. Ἄλ-  
λος, εὐρήσω σε ἐν ἀγορᾷ, φιλήσω  
σε. Ἄλλος, ἐν ἀγρῷ.

1.

2.  
Οἴνου ἤρτυμένου,  
3.Καίγε οὐκ ἐξουδενώσουσί με. Γ',  
καὶ μηδεὶς ἐξευτελίξῃ με.

2. Διδάξεις με.

2.

Ἵπὸ τὴν μηλίαν.  
Ἵπου . . .Ἄπὸ οἴνου τοῦ μυρεψικοῦ.  
5. Ἀναβαίνουσα λελευκανθισμέ-  
νη. Ἄλλος, ἀναβαίνουσα ἐκ τῆς  
ἐρήμου.

5.

6.  
Ἵτι ἀκαταμάχητος ὡς θάνατος  
ἡ ἀγάπη.Ἐπιστηριζομένη. Γ', ἐπαρειθα-  
μένη.

Ἵπὸ μῆλον ἐξήγειρά σε.

Ἐκεῖ ὠδίνῃσέ σε.

6.

Αἱ ὄρμαὶ αὐτῆς ὄρμαὶ πύρινοι.

6. Θές με. Ἄλλος, περιθου με,  
Ἵτι κραταῖα ὡς θάνατος ἀγάπη.Περίπτερα αὐτῆς περίπτερα πυ-  
ρός. Ἄλλος, λαμπάδες αὐτῆς λαμ-  
πάδες πυρός. Γ', σπίνθρακες αὐ-  
τῆς σπίνθρακες πυρός.

7.

7. Ἐάν δῶ ἀνὴρ πάντα τὸν βίον  
αὐτοῦ.

7.

SYMMACHIUS.

LXX INTERPRETES.

THEODOTIO.

1.  
Ut inveniens te foris, osculer  
to.

1. Quis det te, fratruelis mi?

1.

2.  
Vino condito.Inveniens te foris, osculabor te.  
Alius, inveniā te in platea, oscu-  
labor te. Alius, in agro.Et quidem non spernent me. VI,  
et nemo vilipendat me.

2. Docebis me.

2.

5

De vino unguentarii.

5. Quæ ascendit dealbata. Alius,  
ascendens de deserto.

Innitens se. VI, innixa.

Sub malo excitavi te.

Ibi parturivit te.

5.

Sub malo arbore.

Ubi...

6.

6. Pone me. Alius, circumpono  
me.

6.

Quoniam inexpugnabilis est ut  
mors dilectio.

Quia fortis est ut mors dilectio.

Impetus ejus, impetus igni.

Alæ ejus, alæ ignis. Alius, lam-  
pales ejus, lampades ignis. VI,  
scintille ejus, scintillæ ignis.7. Si dederit vir omnem vitam  
suam.

7.

TO EBPAIKON.	TO EBPAIKON Ἑλληνικοὺς γράμματα.	AKYAAΣ.
באהבה בוד יבדח לו		
8 אחות לנו קטנה ושדים אין לה	8,	8.
9 געזר עליה לח אח	9.	9.
10 או היתני בעיני כבודא	10.	10. Τότε ἐγενόμενῃ ἐν ὀφθαλμοῖς
שלים		αὐτοῦ εὕρισκousα εἰρήνην.
11 בבבל ובחן	11.	11. Ἐν ἔχοντι πλῆθος.
איש יבא בפיו אלך כסף		
12 נרמי עלי לפט	12.	12.
וסאתים		
13 הירשבת בגנים	13.	13. Καθημένη ἐν κήποις,
מקשיבים		
14 הרי בשכום	14.	14.

## VERSIO HEBRAÏCI TEXT.

In dilectione, contemnendo contemnent eum.

8. Soror nobis parvula, et ubera non ei.

9. Muniamus super eam tabula cedri.

10. Tunc fui in oculis ejus sicut reprensus pacem.

11. In Baal Hamon.

Vir adduceret in fructu ejus mille argenteos.

12. Vineæ meæ quæ mihi ad faciendam meam.

Et ducenti.

13. O habitans in hortis.

Attendentes.

14. Montes aromatum.

## VULGATA LATINA.

Pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

8. Soror nostra parva, et ubera non habet.

9. Compingamus illud tabulis cedrinis.

10. Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reprensus.

11. In ea quæ habet populos.

Vir affert pro fructu suo mille argenteos.

12. Vineæ meæ coram me est.

Et ducenti.

13. Quæ habitas in hortis.

Auscultant.

14. Montes aromatum.

## AQUILA.

8.

10. Tunc fiebam in oculis ejus reprensus pacem.

11. In habente multitudinem.

12.

13. Sedens in hortis.

14.

## Notæ et variæ lectiones ad cap. VIII Cantici Canticorum.

V. 1. 'A., εἰς δώσει etc. Edit. Rom. et Drusius.

Ibid. Σ., ἵνα εὕρισσα etc. Ibidem.

Ibid. 'A., οὐκέτι etc. Ibidem.

V. 2. Διδάξεις με. Hæc in nonnullis libris reperiri testificatur editio Romana. Ambrosiusque legit, *docebis me*. Sed in τοῖς Ὁ desiderantur. [Habentur in edit. Aldina. DRACH.]

Ibid. Σ., οἴνου ἡρτυμένου. Sic edit. Rom.

V. 4. Ὁ, ἐν ταῖς ἰσχύσει τοῦ ἀγροῦ, vel, ut habent Alex., Ald. et Complut., ἐν ταῖς δυνάμεισιν, καὶ ἐν ταῖς ἰσχ. τ. ἀ. Alius, vel scholion, ἐν ταῖς δορκάσις ἢ ἐν ἐλάφοις τῆς χώρας, in *capreis vel in cervis campi*. Cf. supra II, 7; III, 5. Sed de hoc nihil in Hebr. DRACH.

V. 5. Ἄλλος, ἀναβαίνουσα etc. Edit. Rom. et

Drusius.

Ibid. Γ, ἐπιπεδομένη. Ibidem. [Ad hunc locum ita Origenes ex interpretatione S. Hieronymi: « Et quo manifestius mysterium perfectæ describatur, non ait, ut in plerisque codicibus legitur: *Innixa super fratrualem suam*, i. e., *ἐπιστηριζομένη, sed, ἐπιστηθιζομένη, i. e., super pectus ejus recumbens.* » DRACH.]

Ibid. 'A., ὑποκάτω etc. Ibidem.

Ibid. 'A., ἐκεῖ διεφθάρη. Σ., ἔπου scilicet διεφθάρη. Ibidem.

V. 6. Ἄλλος, περιθου με. Ibidem.

Ibid. Σ., ὅτι ἀκαταμ. Ibidem.

Ibid. Σ., αὐ ὄρματ etc. Hæc lectiones procedunt ex iisJom. Postrema vero, λαμπάδες etc., videtur

## ΣΥΜΜΑΧΟΣ.

## Θ'.

## ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.

Ἵπὲρ τῆς ἀγάπης, ἐξευτελιζόμενος ἐξευτελισθήσεται.

8.

9 Περισφιγξωμεν αὐτὴν σανίσι καθρίναις.

10.

11. Ἐν κατοχῇ λαοῦ.

12.

13. Κατοικοῦσα ἐν κήποις.

14.

## SYMMACHIUS.

Pro dilectione, vilipensus vilipendetur.

8.

9. Constringamus ipsam tabulis cedrinis.

10.

11. In detentione populi.

12.

13. Habitans in hortis.

14.

Ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐξουδενώσει ἐξουδενώσουσιν αὐτόν.

8.

8 Ἀδελφὴ ἡμῶν μικρὰ, καὶ μαστοὺς οὐκ ἔχει. Ἐ', ἀδελφὴ ἡμῶν εἰ μικρὰ, καὶ μαστοὺς οὐκ ἔχεις.

9 Διαγράφωμεν ἐπ' αὐτὴν σανίδα καθρίνην. Ἄλλος, ἐπάνω αὐτῆς.

9.

10. Ἐγὼ ἤμην ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ὡς εὐρίσκουσα εἰρήνην.

10.

11. Ἐν Βεελαμών. Ἄλλος, ἐν κατοχῇ ὄχλου.

11.

Ἄνθρωπος οἶσει ἐν καρπῷ αὐτοῦ χιλιούς ἀργυρίου. Ἄλλος, ἐνέγκη ὑπὲρ καρποῦ αὐτοῦ χιλιούς ἀργυρίου. Ἄλλοι, ἐν καιρῷ.

12. Ἀμπελών μου ἐμὸς ἐνώπιόν μου. Ἄλλος, ἀμπελών ἐμὸς εἰς πρόσωπόν μου.

12.

Καὶ οἱ διακόσιοι. Ἄλλος, καὶ οἱ διασχιλιοί.

13. Ὁ καθήμενος ἐν κήποις. Ἐ', id. Ἄλλος, οἱ καθήμενοι.

13. Καθήμενος ἐν κήποις.

Προσέχοντες. Ἄλλος, ἀκροῶνται.

14. Ὅρη τῶν ἀρωμάτων. Ἄλλος, ὄρη τῶν ἡδυσμάτων.

14.

## LXX INTERPRETES.

## THEODOTIO.

In charitate, contemptu contemnent eum.

8.

8. Soror nostra parva, et ubera non habet. V, soror nostra parva es, et ubera non habes.

9. Sculpamus super eam tabulam cedrinam. Alius, supra eam.

9.

10. Ego eram in oculis eorum quasi repiciens pacem.

10.

11. In Beelamon. Alius, in detentione turbæ.

11.

Vir feret in fructu suo mille argenti. Alius, ferat pro fructu suo mille argenti. Alii, in tempore.

12. Vinea mihi mea in conspectu meo. Alius, vinea mea ad faciem meam.

12.

Et ducenti. Alius, et bis mille.

13. Habitans in hortis. V, id. Alius, habitantes.

13. Habitans in hortis.

Attendentes. Alius, auscultant.

14. Montes aromatum. Alius, montes dulcedinum.

14.

## Notæ et variæ lectiones ad cap. VIII Cantici Canticorum.

omnino Aquilæ esse, quem sequitur Vulgata.

V. 7. Ἄ., ἐν ὄρῃ etc. Ibidem.

Ibid. Σ., ὑπὲρ τῆς ἀγάπης. Ibidem.

V. 8. Ἐ', ἀδελφὴ ἡμῶν etc. Ibidem.

V. 9. Σ., περισφιγξωμεν etc. Hæ lectiones prodent ex iisdem.

Ibid. Ἄλλος, ἐπ-. Edit. Rom. et Lamb. Bos quintæ tribuunt editioni. DRACH.

V. 10. Ἄ., τότε ἐγενόμην etc. Ibidem. [Ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ὡς etc. Edit. Rom. Textus vero Alex., Ald. et Complut. loco αὐτῶν habent αὐτοῦ, quod consonat cum Hebraico. Vox sequens ὡς deest in Alex. et Ald. Eam supplevit Breitingerus in edit. sua. DRACH.]

V. 11. Ἄ., ἐν ἔχοντι πλῆθος. Theodoretus, qui

legit πλῆθος, male, ni fallor. Σ., ἐν κατοχῇ λαοῦ. Ibidem. Hæ lectiones sine interpretum nomine adferunt Drusius et edit. Romana, qui hanc postremam lectionem sic efferunt, ἐν κατοχῇ ὄχλου.

Ibid. Ἄλλος, ἐνέγκη etc. Drusius et edit. Rom. Ibid. Ἄλλοι, ἐν καιρῷ. Addidimus ex edit. Rom. DRACH.

V. 12. Ἄλλος, ἀμπελών ἐμὸς etc. Editio Romana, ut et sequens lectio.

V. 13. Ἄ., καθήμενη etc. Hæ lectiones adferunt duo Regii codices. Aliam Symmachi, οἱ καθήμενοι, adferunt, edit. Rom. et Drusius.

Ibid. Ἄλλος, ἀκροῶνται. Edit. Rom. et Ursusius.

V. 14. Ἄλλος, ὄρη τῶν ἡδυσμάτων. Ibidem.

PROPHETÆ MAJORES ET MINORES,  
IN HESAIAM MONITUM.

Veterum interpretum lectiones in Hesaiam bene multas nondum observatas repræsentamus; prius editas passim restituimus, ope manuscriptorum et editorum, quorum catalogus subjicitur.

Codex RR. PP. Jesuitarum VIII circiter sæculi, cujus specimen dedimus in Palæographia Græca: estque egregiæ notæ unciali caractere descriptus cum accentibus et spiritibus prima manu. Qui complectitur omnes Prophetas, nempe duodecim Minores primum, deinde quatuor Majores cum variis lectionibus veterum interpretum in margine, et notis Hexaplorum in textu: præcipue autem in Hesaiu, Jeremia et Ezechiele; nam in reliquis paucula observantur. Eo olim usus est Joannes Curterius, qui Procopii in Hesaiam commentarium passim mutilum edidit, et Græcum Hesaiæ textum ad hujus manuscripti fidem publicavit, additis etiam notis marginalibus, et variis interpretum lectionibus, ut in eodem codice exprimebantur. Verum in lectione sæpe lapsus est, ut monetur in notis infra. Ejusdem codicis rogante Eminentissimo Card. d'Estrées, nobis ad dies quatuor duntaxat copiam fecerunt RR. PP. Jesuitæ: indeque multa ad Jeremiam et Ezechielem excerpimus. Lapsus Curterij non paucos sarcivimus, majorem in eo operam posituri, si per tempus licuisset. [Hic idem codex est quem Lambertus Bos aliique, codicem Marchali, vel Marchalianum nuncupant. DRACH.]

Cod. Reg. 1935, olim 1891, x sæculi membranaceus initio mutilus: incipit enim a cap. 26, v. 12. Est Catena in Hesaiam.

HESAIÆ CAPUT PRIMUM.

TO EBPAIKON.	TO EBPAIKON Ἑλληνικοῖς γράμμασι.	AKYΛAΣ.
על ד ירהיה וירושלם 1	1.	1.
במים 2	2.	Ἐν ἡμέραις.
בנים גדלתי ודומכותי 3	3.	3. Ἴσραηλ δέ μου οὐκ ἔγνω.
ישראל לא ידע 4	4.	4.
זרע מרעים 5		Σπέρμα πονηρομένων.
בנים משחיתים 6		
עזבו את-יהוה נאצו את-קדשו		
נורא אדור		* Ἀπὸλλοτριώθησαν εἰς τὰ ὀπίσω.
סדה 5	5.	5.
לדלי 6	6.	6. Εἰς ἀβρώστημα.
מכה 6		
<b>VERSIO HEBRAICI TEXT.</b>	<b>VULGATA LATINA.</b>	<b>AQUILA.</b>
1. Super Juda et Jerusalem.	1. Super Judam et Jerusalem.	1.
In diebus.	In diebus.	In diebus.
2. Dominus. Script., IIIII.	2. Dominus.	2.
Filios magnificavi et exaltavi.	Filios eutrivi et exaltavi.	
3. Israel non cognovit.	3. Israel autem me non cognovit.	3. Israel autem meus non cognovit.
4. Gravi.	4. Gravi.	4.
Semini malignantium.	Semini nequam.	Semen pessimorum.
Filiis corruptoribus.	Filiis sceleratis.	
Dereliquerunt Dominum, irasci fecerunt Sanctum.	Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum.	
Abalienati sunt retrorsum.	Abalienati sunt retrorsum.	* Abalienati sunt retrorsum.
5. Defectionem.	5. Prævaricationem.	5.
Ad ægritudinem.	Languidum.	In infirmitatem.
6. A planta.	6. A planta.	6.

**PROPHETÆ MAJORES ET MINORES.**  
**IN HESAIAM MONITUM.**

*Cod. Reg. 2437, x sæculi, membranaceus. Est item Catena.*  
*Cod. Reg. 1892, bombycinus, xii sæculi. Est Catena in omnes Prophetas.*  
*Codex alius Regius, xiii sæculi, qui incipit a capite 25, desinit in 41.*  
*Lectiones codicis Barberini ad caput 27 et 28. Hesaiæ, a Briano Waltono curæ.*  
*Codex vetustissimus Sangermanensis commentariorum Hieronymi in Isaiam.*  
*Origenes in Cantica, et ejusdem Philocalia.*  
*Eusebii commentarii in Hesaiam, et ejusdem Demonstratio Evangelica.*  
*Basilii in Hesaiam, cujus commentarius ad sextum decimum caput tantum pertingit.*  
*Hieronymus in Hesaiam, et ejusdem Epistola ad Damasum.*  
*Theodoretus in Hesaiam.*  
*Procopius in Hesaiam, editus a Joanne Curterio.*  
*Augustinus de Doctrina Christiana.*  
*Cyrillus Alexandrinus.*  
*I'hilastrius Brixienis.*

} in aliquot locis.

**HESAIÆ CAPUT PRIMUM.**

ΣΥΜΜΑΧΟΣ.	Ο.	ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.
1. Περὶ Ἰουδα καὶ Ἱερουσαλήμ. Ἐν ἡμέραις.	1. Κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλήμ. Ἐν βασιλείᾳ.	1. Κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλήμ. Ἐν ἡμέραις.
2. Ἰούδς ἐξέθρεψα καὶ [ὑψωσα].	2. Κύριος. Ἰούδς ἐγέννησα καὶ ὑψωσα.	2. Ἰούδς ἐξέθρεψα καὶ [ὑψωσα].
3.	3. Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω.	3. Ἰσραὴλ δέ μου οὐκ ἔγνω.
4. Σπέρμα πονηρευομένων.	4. Πλήρης. Οἱ λοιποὶ, βεβαρη- μένον. Σπέρμα πονηρῶν. Υἱοὶ ἄνομοι. Οἱ λοιποὶ, υἱοὶ δια- φθείροντες.	4. Σπέρμα πονηρευομένων.
Κατέλιπον τὸν Κύριον, δίδουρον τὸν Ἄγιον	Ἐγκατέλιπατε τὸν Κύριον, καὶ παρωργίσατε τὸν Ἄγιον.	✕ Ἀπηλοτριώθησαν εἰς τὰ ἐπί- σω.
3. Εἰς νόσον.	5. Ἄνομιαν, Εἰς πόνον.	5. (Ἐκκλισιν.)
6. Ἀπὸ ἰχνους.	6. Ἀπὸ ποδῶν.	6. Ἀπὸ ἰχνους.
<b>SYMMACHUS.</b>	<b>LXX INTERPRETES.</b>	<b>THEODOTIO.</b>
1. De Juda et Jerusalem.	1. Contra Judæam, et contra Je- rusalem.	1. Contra Judæam, et contra Jerusalem.
In diebus.	In regno.	In diebus.
2. Filios enutrivit et exaltavi.	2. Dominus. Filios genui et exaltavi.	2. Filios enutrivit et exaltavi.
3.	3. Israel autem me non cogno- vit.	3. Israel autem meus non co- gnovit.
4. Semen pessimorum.	4. (Populus) plenus. <i>Reliqui</i> , (gens) aggravata. Semen nequam. Filii iniqui. <i>Reliqui</i> , filii cor- ruptentes.	4. Semen pessimorum.
Dereliquerunt Dominum, tra- duxerunt Sanctum.	Dereliquistis Dominum, et ir- ritastis Sanctum.	✕ Abalienati sunt retrorsum.
5. In morbum.	5. Iniquitatem. In laborem.	5. Declinationem.
6. A vestigio.	6. A pedibus.	6. A vestigio.

## ΤΟ ΕΒΡΑΙΚΟΝ.

ΤΟ ΕΒΡΑΙΚΟΝ  
Ἑλληνικοῖς γράμμασι.

## ΑΚΥΛΑΣ.

אין-בו כותם פצע ותבדחה ומכה  
בוריה לא-זרד ולא חבשו ולא רבכה  
בשבך

Μότωσιν.

9 ידה צבאות	9.
10 תורת אלהינו	10.
11 שבעתי	11.
13 קרא מקרא לא-אוכל	13.
14 לסדח	14.
נלאיתי נשא	
16 הרע	16.
18 נא	18.
אם-יאדימו כחלע	
21 לין	21.
22 סבאך כחל במים	22.
23 סררים	23.
כלו אדב	
שלמינים	
אלמנה	
24 ידה צבאות	24.
אביר ישראל	
25 ואצרף כבר סגך	25.

בדיליך

## VERSIO HEBRAICI TEXT.

## VULGATA LATINA.

## AQUILA.

Non in eo integritas, vulnus, et  
livor et plaga recens, non com-  
pressa sunt, et non circumligata,  
nec mollita in oleo.

Non est in eo sanitas, vulnus  
et livor et plaga tumens non est  
circumligata, nec curata medica-  
mine, neque fota oleo.

25. Καὶ πύρωσω εἰς ἐκλεκτὸν  
στέμφυλά σου,  
Κασσίτερόν σου.

9. Dominus exercituum.
10. Legem Dei nostri.
11. Satur sum.
13. Vocare convectionem non potero.
14. In defatigationem. Laboravi sustinendo.
16. Malefacere.
18. Nunc.
Si fuerint rubra tanquam ver- miculus.
21. Morata est.
22. Potus tuus mixtus in aquis.
23. Contumaces. Totus ipse diligens. Retributiones. Viduae.
24. Dominus exercituum.

Fortis Israel.

25. Et purgabo ut purificativum  
scorias tuas.  
Stannum tuum.

9. Dominus exercituum.
10. Legem Dei nostri.
11. Plenus sum.
13. Et festivitates alias non fe- ram.
14. Molesta. Laboravi sustinens.
16. Agere perverse.
18. Vacat.
Si fuerint rubra quasi vermicu- lus.
21. Habitavit.
22. Vinum tuum mistum est aqua.
23. Infideles. Omnes diligunt. Retributiones. Viduae.
24. Dominus exercituum.

Fortis Israel.

25. Et excoquam ad purum sco-  
riam tuam.  
Stannum tuum.

Curationem.

9. Dominus exercituum.
10. Legem Dei nostri.
11. Impletus sum.
13. Celebrem....

14. In molestiam.  
Laboravi sustinens,

16.  
18. Quæso.

21.  
22. Convivium tuum...

23. Recedentes.  
Totus ipse diligens.

24. Dominus exercituum,

25. Et excoquam ad purum aci-  
num tuum.  
Stannum tuum.

## ΣΥΜΜΑΧΟΣ.

## Ο,

## ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.

Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὕγιες, ἀλλὰ τραῦμα καὶ μύλων, καὶ πληγὴ κρούσματος, οὔτε σφιγγομένη, οὔτε ἀπαλυνομένη ἐλαίῳ.

9. Κύριος τῶν δυνάμεων.  
 10. Νόμον Θεοῦ ἡμῶν.  
 11. Ἐμπέπλησμαι.  
 13. Κλητὴν ἐπὶ κλησιν οὐκ ἀνέχομαι.  
 14. Εἰς ἐνόχλησιν.  
 Ἐκοπύθην ἱλασκόμενος.  
 16. Πονηρευόμενοι.  
 18. Δή.  
 Ἐὰν δὲ πυρῶν ὡσιν ὡς κόκκινον.  
 21. Ἡύλιζετο.  
 22. Ὁ οἶνός σου. . .  
 23. Ἄπειθεις.  
 Ἄπας ἀγαπᾷ.  
 (Ἄμοιθός.)  
 Χήρας.  
 24. Κύριος τῶν δυνάμεων.

25. Καὶ πυρώσω εἰς καθαρὸν τὴν σφωριαν σου.  
 Κασσίτερόν σου.

## SYMMACHIUS.

Non est in eo sanitas, sed vulnus et vibex, et plaga percussionis non constricta, neque colligata, neque oleo emollita.

9. Dominus virtutum.  
 10. Legem Dei nostri.  
 11. Impletus sum.  
 13. Celebrem convocationem non sustinebo.  
 14. In molestiam.  
 Defeci miserans.  
 16. Malignantes.  
 18. Quæso.  
 Si autem rubra sint ut coccinum.  
 21. Diversabatur.  
 22. Vinum tuum mixtum est.  
 23. Inobedientes.  
 Totus diligit,  
 Vicissitudines,  
 Viduæ.  
 24. Dominus virtutum.  
 25. Et excoquam ad purum scoriæ tuam.  
 Stannum tuum.

✠ Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὀλοκληρία: οὔτε τραῦμα, οὔτε μύλων, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα: οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθειναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους.

9. Κύριος Σαβαώθ.  
 10. Νόμον Θεοῦ.  
 11. Πλήρης εἰμί.  
 13. Καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι.  
 14. Εἰς πλησμονήν.  
 Οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἀμαρτίας ὑμῶν.  
 16. Ἀπὸ τῶν πονηρῶν ὑμῶν.  
 18. Vacat.  
 Ἐὰν δὲ ὡσιν ὡς κόκκινον.  
 21. Ἐκοιμήθη.  
 22. Οἱ κάπτελοί σου μίγξουσι τὸν οἶνον ὕδατι.  
 23. Ἄπειθοῦσι.  
 Ἀγαπῶντες.  
 Ἄνταπόδομα.  
 Χηρῶν.  
 24. Κύριος ὁ δεσπότης Σαβαώθ.  
 Οἱ ἰσχύοντες Ἰσραήλ. Οἱ λοιποὶ, Ἰσχυρὸς Ἰσραήλ.  
 25. Καὶ πυρώσω εἰς καθαρὸν τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἀπολέσω.  
 Τοὺς ἀνόμους ἀπὸ σοῦ.

## LXX INTERPRETES.

✠ Non est in eo integritas: neque vulnus, neque livor, neque plaga tumens: non est malagma imponere, neque oleum, neque ligamina.

9. Dominus Sabaoth.  
 10. Legem Dei.  
 11. Plenus sum.  
 13. Et diem magnum non fero.  
 14. Ad saturitatem.  
 Non ultra dimittam peccata vestra.  
 16. A nequitia vestris.  
 18. Vacat.  
 Et si fuerint ut coccinum.  
 21. Dormivit.  
 22. Cæpones tui miscent vinum aqua.  
 23. Inobedientes sunt.  
 Diligentes.  
 Retributionem.  
 Viduarum.  
 24. Dominus dominator Sabaoth.  
 Fortes Israel. Reliqui, Fortis Israel.  
 25. Et excoquam ad purum: immorigeros autem perdam.  
 Improbos a te.

9. Κύριος τῶν δυνάμεων.  
 10. Νόμον Θεοῦ ἡμῶν.  
 11.  
 13. Κλητὴν ἐπὶ κλητον οὐκ ἀνέχομαι.  
 14. Εἰς ἐνόχλησιν.  
 16.  
 18. Δή.  
 21.  
 22.  
 23. Ἐκκλίνοντες.  
 Πᾶς τις ἀγαπᾷ.  
 Χήρας.  
 24. Κύριος τῶν δυνάμεων.

25. Καὶ πυρώσω εἰς καθαρὸν τὸ γιγαρτώδες σου.  
 Κασσίτερόν σου.

## THEODOTIO.

9. Dominus virtutum.  
 10. Legem Dei nostri.  
 11.  
 13. Celebrem insignem (diem) non sustineo.  
 14. In molestiam.  
 16.  
 18. Quæso.  
 21.  
 22.  
 23. Declinantes.  
 Unusquisque diligit.  
 Vidua.  
 24. Dominus virtutum.  
 25. Et excoquam ad purum acinum tuum.  
 Stannum tuum.

TO EBPAIKON:	TO EBPAIKON Ἑλληνικοῖς γράμμασι.	AKYAAΣ.
ואשיבה 26	26.	26.
בצדקה 27	27.	27.
יבטח מאילים 29	29.	29. Αισχυνοθήσονται ἀπὸ τῶν εἰ- δύλων.
מהגנות אשר בחדום		Ἄπὸ τῶν κήπων.
כאלה 30	30.	30. Ὡσπερ δρυς.
לבערה 31	31.	31. Εἰς σπινθήρα καὶ ἀνάψθῃσιν.
לניצוץ ובערה		Δύο αὐτοί.
שניהם יחד		AQUILA.
VERSIO HEBRAICI TEXT.	VULGATA LATINA.	
26. Et restituam.	26. Et restituam.	26.
27. In justitia.	27. In justitia.	27.
29. Pudore afficientur a quercu- bus.	29. Confundentur enim ab ido- lis.	29. Confundentur ab idolis.
Ab hortis quos eligistis,	Super hortis quos elegeratis.	Ab hortis.
30. Ut quercus.	30. Veluti quercus.	30. Veluti quercus.
31. In stuppam.	31. Ut favilla stuppæ.	31.
In favillam et succendentur.	Quasi scintilla, et succendetur.	In scintillam et exustionem.
Ambo ipsi pariter.	Utrumque simul.	Duo ipsi.

## Notæ et variæ lectiones ad cap. I Hesaiæ.

V. 1. Σ., περὶ Ἰουδα καὶ Ἱερουσαλήμ. Aliter Eusebius in *Demonstratione evangelica*, nempe p. 66, et iterum p. 68, ὑπὲρ τῆς Ἰουδαίας, καὶ ὑπὲρ τῆς Ἱερουσαλήμ, *super Judæam et super Jerusalem*. Et tamen Hieronymus initio Commentarii sui hæc habet: « *Pro Juda, in qua significantur duæ tribus, LXX et Theodotio posuere Judæam, quæ totam terram duodecim tribuum ostendit, Et pro eo quod nos ex Hebræo vertimus super Judam et Jerusalem, illi interpretati sunt, contra Judæam et Jerusalem. Symmachus more suo manifestus, de Juda et Jerusalem.* » Legerit ergo Hieronymus apud Symmachum, περὶ Ἰουδα καὶ Ἱερουσαλήμ. [Vide infra II, 1. DRACH.]

V. 2. ΠΙΠΙ. Sic ad vocem Κύριος; annotare ad marginem solet ms. RR. PP. Jesuitarum, quando scilicet ΠΠΠ in Hebraico legitur. Hoc modo nominis τετραγράμμου litteræ Hebraicæ figurantur: quod semel monuisse satis erit.

Ibid. Σ., υἱὸς ἐξέθραψα καὶ ὕψωσα. Ex Curterio in edit. Procopii, et Drusio.

V. 3. Ἄ., Θ., Ἰσραὴλ δὲ μου οὐκ ἔγνω. Sic Curterius et Drusius.

V. 4. Οἱ λοιποὶ, βεβαρημένον, supple ἔθνος. Ex Curterio.

Ibid. Οἱ Γ', σπέρμα πονηρευομένων. Curterius, qui ex codice olim Renati Marchali, hodie autem RR. PP. Jesuitarum Collegii Ludovici Magni, textum Isaïæ, lectionesque marginales exscripsit et publicavit, legit πονηρευομένων sine præfixa nota; sed ipse codex habet, οἱ Γ' πονηρευομένων, quam lectionem Latine sic exprimit Hieronymus: « *Semen pessimum. Quod cæteri, inquit, sequentes Hebraicum, MERELM, interpretati sunt, pessinorum.* »

Ibid. Οἱ λοιποὶ, υἱὸς διαφθερόντας. Edit. Romana et Drusius ex Hieronymo, qui ait: « *Reliqui consona*

*vocæ dicerunt, filii corrumpentes, id est, υἱὸς διαφθερόντας.* »

Ibid. Σ., κατέλιπον etc. Theodoretus.

Ibid. Ἄ., Θ., ἀπηλλοτριώθησαν εἰς τὰ ἔπιω. Hæc Aquila, præmisso asterisco, tribuit Curterius ex codice Jesuitarum. Basilius vero et Theodoretus Theodotio adscribunt.

V. 5. Θ., ἐκκλίσι ex Latino factum: nam Hieronymus ait Theodotionem vertisse, *declinationem*.

Ibid. Ἄ., εἰς ἀρρώστημα etc. Curterius.

V. 6. Ἄ., Θ., ἀπὸ ἔγχους. Curterius.

Ibid. Σ., οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὕγις etc. Sic Theodoretus, et Procopius; sed hic postremus legit τραύματος, pro κρούματος. (\*) Aquila habet, *μότωσιν*. Hieronymus: « *Aquila interpretatus est μότωσιν [melius μότωσιν] linteola videlicet, quæ ad exsiccandam saniam et purulentias extrahendas injiciuntur vulneribus.* » Ibi vero Hieronymus accusativo casu μότωσιν ait, ut eam vocem ad seriem suam accommodet: nam μότωσις, ut videtur, habuit Aquila, significatquo, *curationem vulneris*. Ibid. illud, οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὀλοκληρία, asterisco notatur in cod. Jes. utpote ex altero interprete, puta Theodotione, desumptum.

V. 9. Ἄ., Κύριος στρατειῶν etc. Curterius.

V. 10. ὙΠΗΝΓ, *auscultate*. LXX, προσέχετε, *attendite*. Ἐταροί, ἐνωτίζεσθε. *Alii, auribus percipite*. Addendum ex Procopio. DRACH.

Ibid. Οἱ Γ', νόμον θεοῦ ἡμῶν. Curter.

V. 11. Ἄ., Σ., ἐμπέπλησμαι. Curterius.

V. 13. Ἄ., κλητήν. Curterius. Cæteræ lectiones prodeunt ex Basilio, qui sic habet: ἀνεὶ δὲ τῆς μεγάλης ἡμέρας, οἱ λοιποὶ ἐξεδώκασι κλητήν. Ὁ μὲν γάρ Θ., κλητήν ἐπικλητορ οὐκ ἀρέχομαι ὁ δὲ Σ., κλητήν ἐπικλησιν οὐκ ἀρέχομαι.

(\*) Parum accurate descripsit Montf. locum Procopii qui in comment. in Is. his verbis affert Symmachi versionem: οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὕγις, ἀλλὰ τραύμα καὶ μώλωψ καὶ πληγὴ τραύματος οὐ σφιγγομένου, οὕτε ἐπιδανομένου (marg. ἐπιδασμούμενου), οὕτε ἀπαλυνομένου ἐλατῶ. Non immerito reponitur in margine ἐπιδασμούμενου, Symmachus enim fere semper verbum שָׁרַח per ἐπιδέω vertere solet, v. g. Job. v. 18; xxxiv. 16; Os. vi. 1. Præterea, Monifauconii versio latina hæc supponit verba græca: οὐ σφιγγομένη, οὕτε ἐπιδασμούμενη, οὕτε ἀ. ἐ. DRACH.

ΣΥΜΜΑΧΟΣ.	Ο'.	ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ,
26. Καὶ ἀποκαταστήσω.	26. Καὶ ἐπιστήσω.	26. Καὶ ἀποκαταστήσω.
27.	27. Μετὰ ἐλεημοσύνης. <i>Οἱ λοιποὶ, μετὰ δικαιοσύνης.</i>	27.
29. Αἰσχυνθήσονται ἀπὸ τῶν εἰδῶλων.	29. Αἰσχυνθήσονται ἀπὸ τῶν εἰδῶλων.	29. Αἰσχυθήσονται ἀπὸ τῶν εἰδῶλων.
Ἄπὸ τῶν κήπων.	Ἐπὶ τοῖς κήποις, ἃ ἐπεθύμησαν.	Ἄπὸ τῶν κήπων.
30. Ὡσπερ δρυς.	30. Ὡς τερέβινθος.	30. Ὡσπερ δρυς.
31. Ἀποτίναγμα.	31. Ὡς καλάμη στιππύου.	31.
Εἰς σπινθήρα καὶ ἀνάφθισιν.	Ὡς σπινθήρες, καὶ κατακχυθήσονται.	
Ἄμφότερα.	Ἄμα.	Ἄμφότεροι.
SYMMACHIUS.	LXX INTERPRETES.	THEODOTIO.
26. Et restituiam.	26. Et instituiam.	26. Et restituiam.
27.	27. Cum misericordia. <i>Reliqui, cum iustitia.</i>	27.
29. Confundentur ab idolis.	29. Confundentur ab idolis.	29. Confundentur ab idolis.
Ab hortis.	Super hortis quos concupierunt. <i>Athus, super sculptilibus eorum, quæ ipsi fecerunt.</i>	Ab hortis.
30. Veluti quercus.	30. Sicut terabinthus.	30. Veluti quercus.
31. Decusum (ex stuppa).	31. Ut stipula stuppæ.	31.
In scintillam et exustionem.	Sicut scintillæ et comburentur.	
Ambo.	Pariter.	Ambo.

## Notæ et variæ lectiones ad cap. I Hesaiæ.

V. 14. Ἄ., Σ., Θ., εἰς ἐνόγησιν. Curterius. Ibid. Ἄ., [ἐκοπίασα etc.] Sumtum ex Hieronymo, qui habet : « *Pro quo interpretatus est Aquila, laboravi sustinens, Symmachus, ἐκοπώθην ἱλασόμενος, quod est, defeci miserans, ut ostendat se nequaquam ultra miserari.* » [Aquilæ Græca genuina exhibet L. Bos : κακοπίασα ἀνέγων. DRAC.]

V. 16. Σ., πονηρευόμενοι. Curterius.

V. 18. Οἱ Γ', δὴ. Curterius. Id est. Aquila, Symmachus, et Theodotio, ut probatur in Præliminariis.

Ibid. Σ., ἐὰν ἐκ πυρῶν ὄσιν etc. Curterius. Sic autem legendum, non πυρῶσιν, ut Curterius, aut πυρῶσιν, ut Drusius. Πυρῶν autem supple ἀμαρτία.

V. 21. Σ., ἠύλιζτο. Curterius male κολίζτο legit. At in ms. Jes. ἠύλιζτο perspicue legitur : atque ita solet Symmachus vertere vocem Hebraicam eandem. Hieronymus in hunc locum : « *Verbum Hebraicum IALIN, pro quo LXX transtulerunt dormivit, et requievit, et requiescet ; id est, et præteritum et futurum tempus significat. Unde et Aquila et Theodotio quasi de futuro dicunt.* » Puto Aquilam et Theodotionem vertisse, ἀύλισθησεται : nam eadem voce Latina usus Hieronymus, indicare videtur eandem Græcam vocem in præterito apud Σ., in futuro apud Ἄ., Θ., fuisse.

V. 22. Ἄ., συμπόσιόν σου. Ex Hieronymo, qui sic habet : « *Caupones tui miscent vinum aqua. Pro quo Symmachus transtulit : Vinum tuum mixtum est aqua.* » Et quibusdam interpositis : « *Unde pro vino Aquila συμπόσιον, i. e. convivium, interpretatus est : quod apud Græcos ἀπὸ τοῦ πότου, apud nos a convictu vocatus appellatur.* » Quibus verbis exploditur Drusii conjectura, divinantis apud Hieronymum legendum esse πότον pro συμπόσιον. Nam si πότον legendum est, alia certe interpretatio substituenda, quam convivium. Atqui sequentia Hieronymi verba manifeste declarant vocem Græcam ἀπὸ τοῦ πότου derivari ut Latinam a convictu, quo quid aliud indicetur, quam συμπόσιον, et convivium? Ne quid vero dubii supersit, Deuterion. xxi, 20, vocem מַדְבַּח vertit Aquila, συμποσιάζει. Certe colex

noster octavi vel noni sæculi, Longobardicis litteris scriptus, qui Græca ut plurimum accurate repræsentat. συμπόσιον habet.

V. 23. Lectionem Aquilæ adfert Hieronymus Latine, recedentes : Symmachi et Theodotionis Joani. Curterius ex ms. Jes. Θ., ἐκκλινόντες. Σ., ἀπειθείς. Contra Hieron. ait Symmachum vertisse, *declinantes* : quæ in cod. Jes. est versio Theodotionis. Ibid. Ἄ., πᾶς αὐτὸς etc. Hæ lectiones ex eodem Curterio. Ibid. Σ., ἀμοιβάς. Ex Latino Hieronymi factum, ut indicant uncini. Sic Hieronymus : « *Pro retributionibus Symmachus vicissitudines, vel ultiones interpretatus est.* »

Ibid. Σ., Θ., γήρας. Curterius.

V. 24. Ἄ., Κύριος στρατειῶν etc. Procopius et Theodoretus. *Οἱ λοιποὶ Ἰσχυρὸς Ἰσραήλ.* Hieron. « *Propter hoc ait Dominus exercituum Fortis Israel Pro Fortis Israel, quod omnes similiter transtulerunt, soli LXX, nescio quid volentes, posuerunt : Væ fortes Israel.* »

V. 25. Ἄ., καὶ πυρῶσω εἰς καθ- etc. Has omnes lectiones sic exhibet Curterius ex ms. Jes., atque sic in quodam ms. se legisse testificatur Drusius. Eusebius autem in hunc locum, eam quæ Theodotionis supra fertur lectionem Aquilæ tribuit. Hieronymus vero ait : « *Symmachus et Aquila, στέμφυλα. Theodotio, γυγαρωδὲς.* » In hac lectionum varietate, ut priorem sequamur, suadet locus Ezech. xxii, 18, et psal. cxviii, v. 119.

Ibid. Ἄ., Σ., Θ., καστέρων σου. Procop. [Apud Procopium sic legitur : *οἱ λοιποὶ* (non autem, οἱ Γ') *καστέρων* ἐκδεδώκασιν. i. e., *Reliqui* (non tres) *castiderunt.* DRACU.]

V. 26. Σ., Θ., καὶ ἀποκαταστήσω. Curterius.

V. 27. *Οἱ λοιποὶ, μετὰ δικαιοσύνης.* Procopius.

V. 29. Ad hunc locum codex Jes. in margine, Θ., καταισχυθήσονται, Ἄ., Σ., ὁμοίως τοῖς Ο'. Οἱ Γ', ἀπὸ τῶν εἰδῶλων.

Curterius hic et alibi semper male legit ὁμῶς τε Ο'. Non advertit scilicet in voce ὁμῶς ductum calami superne ducti, quo legendum indicatur ὁμῶς τε Ο'.

in littera τ alterum ductum suprascripti, quo significatur legendum esse τοῖς. Cæteri mss. cum eandem notam habent, ὁμοίως τοῖς Ὁ scribunt. Vide Notas ad psalmum III, et alibi passim in Psalmis ex codice Vaticano vetustissimo. Sed de his pluribus in Præ-

liminaribus.  
Ibid. 'A., Σ., Θ., ἀπὸ τῶν κήπων. Ms. Jesuit. Hoc vero prætermiserat Curterius. Ἄλλος, ἐπὶ τοῖς γλυπτοῖς etc. Ex Procopio.  
V. 30. 'A., Σ., Θ., ὡς περ δρυς. Ex Procopio.

HESAIÆ CAPUT II.

TO EBPAIKON.	TO EBPAIKON 'Ελληνικοῖς γράμμασι.	ΑΚΥΛΑΣ.
1 על - יהודה וירושלם	1.	1.
2 נכח יהיה הר בית - יהודה	2.	2. Ἐτοιμον ἔσται ὄρος οἴκου Κυρίου.
3 עמים רבים	3.	3. Λαοὶ πολλοί.
אל - הר - יהודה	4.	Εἰς τὸ ὄρος Κυρίου.
4 לא - ישא גוי	4.	4.
ולא - ילמד	6.	6. Εἶσα; γάρ.
6 כי נמשחה	9.	9. Οὐ μὴ ἀνῆς αὐτούς.
ובלדי נגרים ישפיק	12.	12. Καὶ ταπεινωθήσεται.
9 ואל - תשא להם	13.	13. Δρύας Βασάν.
12 ושפל	14.	14. Πᾶν ὄρος ὑψηλόν.
13 אלני הבסן	16.	16.
14 כל - ההרים הרמים	20.	20. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκεῖνη.
16 כל - אנוח תרשיש	22.	Ἵρουκτά.
20 ביום ההוא		22. ✕ Παύσασθε ὑμῖν ἀπὸ τοῦ
לחפר פירח		✕ ἀνθρώπου, ὃ ἀναπνοῆ ἐν μυκτῆ-
22 חולד לכם מן - האדם אשר		✕ ρι αὐτοῦ, ὅτι ἐν τῆνι ἐλογίσθη
נשמה באפי כי - במה נחשב דודא		✕ αὐτός;

VERSIO HEBRAICI TEXT.	VULGATA LATINA.	AQUILA.
1. Super Juda et Jerusalem.	1. Super Juda et Jerusalem.	1.
2. Paratus erit mons domus Domini.	2. Et erit (in novissimis diebus) præparatus mons domus Domini.	2. Paratus erit mons domus Domini.
3. Populi multi.	3. Populi multi.	3. Populi multi.
Ad montem Domini.	Ad montem Domini.	Ad montem Domini.
4. Non levabit gens.	4. Non levabit gens.	4.
Neque discent.	Nec exercebuntur.	
6. Quia dimisisti.	6. Projecisti enim.	6. Dereliquisti enim.
Et in natis alienorum sufficientes fuerunt.	Et pueris alienis adhæserunt.	
9. Et non parces eis.	9. Ne ergo dimittas eis.	9. Ne remittas illos.
12. Et humiliavit se.	12. Et humiliabitur.	12. Et humiliabitur.
13. Quercus Basan.	13. Quercus Basan.	13. Quercus Basan.
14. Omnes montes excelsos.	14. Omnes montes excelsos.	14. Omnem montem excelsum.
16. Omnes naves Tharsis.	16. Omnes naves Tharsis.	16.
20. In die illa.	20. In die illa.	20. In die illa.
Ad fodiendum foveas.	Talpas.	Fossilia.
22. Desinite vobis ab homine, cujus status in naso ejus : nam in quo reputatur ipse ?	22. Quiescite ergo ab homine, cujus spiritus in naribus ejus est, quia excelsus reputatus est.	✕ 22. Cessate vobis ab homine, cui respiratio in naribus ejus est, ✕ quia in quo reputatus est ipse ?

Notæ et variæ lectiones ad cap. II Hesaiæ.

V. 1. Σ., ὑπὲρ τῆς Ἰουδαίας etc. Sic Eusebius in *Demonstratione evangelica*. Sed Hieronymus ait Symmachum transtulisse, *pro Juda et Jerusalem, ὑπὲρ Ἰούδα καὶ Ἱερουσαλήμ*. Quæ lectio melior videtur, ut annotavit Drusius. [Procopius in *Comm.* ad h. l.: Ἡ μὲν πρώτη, κατὰ τῆς Ἰουδαίας δράσις ἐπαγγέγραπτο, ἡ δὲ νῦν, περὶ τῆς Ἰουδαίας, κατὰ δὲ Σύμ., ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ. l. e. Prima quidem visio *contra Judæam* inscripta fuerat; quæ nunc autem, *de Judæa*, secundum Sym., *super Israel*. Et paulo post: *Καὶ Ἱερουσαλήμ. Καὶ ὑπὲρ Ἰουδαίας, κατὰ τὸν Σύμ. l. e. Et Jerusalem. Sec. Sym., et super Judæam. DRACM.*]  
V. 2. Sic habet codex Jes. Θ., Σ., ετοιμον ἔσται τὸ ὄρος τοῦ οἴκου Θεοῦ. Θ., ὄρος οἴκου Κυρίου. Curterius vero sic legerat, 'A., Σ., ετοιμον ἔσται τὸ ὄρος τοῦ οἴκου Κυρίου.  
V. 3. 'A., Σ., Θ., λαοὶ πολλοί. Curterius. [In eod. codice cum obelo, quia non habetur in Hebr. textu. DRACM.]

V. 31. Σ., ἀποτίναγμα Hieron. « *Pro favilla ἀποτίναγμα interpretatus est Symmachus, quando sturpa pectitur, et quidquid sordidum habet projicitur.* »

Ibid. 'A., Σ., εἰς σπινθήρα etc. Curterius ex ms. Jes.

Ibid. 'A., δύο αὐτοί. Sic haud dubie legendum in codice Jesuit. non autem ὄς αὐτοί, ut legit Curterius, deceptus similitudine literarum O et C in libris unciali caractere descriptis, nec ὄς αὐτοί, ut legendum putat Drusius.

## HESAIÆ CAPUT II.

## ΣΥΜΜΑΧΟΣ.

1. Ὑπὲρ τῆς Ἰουδαίας καὶ ὑπὲρ Ἱερουσαλήμ.
2. Ἐτοιμον ἔσται τὸ ὄρος τοῦ οἴκου Θεοῦ.
3. Λαοὶ πολλοί.  
Εἰς τὸ ὄρος Κυρίου.
4.  
Οὐδὲ μὴ μάθωσιν.
6. Ἀπέβριψας γάρ.  
.....
9. Καὶ μὴ ἀρῆς αὐτοῖς.
12. Καὶ ταπεινωθήσεται.
13. Βαλάνους Βασάν.
14. Πᾶν ὄρος ὑψηλόν.
- 16.
20. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.  
.....
- 22.

## SYMMACHUS.

1. Super Judæam et Jerusalem.
2. Paratus erit mons domus Dei.
3. Populi multi.  
Ad montem Domini.
4.  
Neque discent.
6. Abjecisti enim.  
Et cum filiis alienis applauserunt.
9. Et ne dimittas illis.
12. Et humiliabitur.
13. Glandes Basan.
14. Omnem montem excelsum.
- 16.
20. In die illa.  
Infructuosa.
- 22.

## ΟΨ.

1. Περὶ τῆς Ἰουδαίας, καὶ περὶ Ἱερουσαλήμ.
2. Ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου.
3. Ἐθνη πολλά.  
Εἰς τὸ ὄρος Κυρίου.
4. Οὐ λήψεται ἔθνος.  
Καὶ οὐ μὴ μάθωσιν.
6. Ἀνῆκας γάρ.  
Καὶ τέκνα πολλὰ ἀλόφουλα ἐγενήθη αὐτοῖς.
9. Καὶ οὐ μὴ ἀνῆσω αὐτούς.
12. Καὶ ταπεινωθήσονται.
13. Δένδρον βαλάνου Βασάν.
14. Πᾶν ὑψηλὸν ὄρος.
16. Πᾶν πλοῖον θαλάσσης. Οἱ λοιποὶ, (πάντα πλοῖα) Θαρσίς.
20. Τῇ γὰρ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.  
Τοῖς ματαίοις.
- 22.

## LXX INTERPRETES.

1. De Judæa, et de Jerusalem.
2. Manifestus mons Domini.
3. Gentes multæ.  
Ad montem Domini.
4. Non accipiet gens.  
Et non discent.
6. Dimisit enim.  
Et filii multi alienigenæ facti sunt eis.
9. Et non dimittam eos.
12. Et humiliabuntur.
13. Arborem glandis Basan.
Hexaplis Origenis restituendis non defuerunt decora ingenia magnaue studia, tamen fastigio propter inopiam materiæ, non facultatis, nondum imposito. Liberalis vero emendationis non fiduciam modo, sed ipsius etiam fiducie copiam nobis facit codex noster Syriaco-Hexaplaris, cujus partem canonicam, indulgentia cl. Bibliothecarii Ambrosiani Branca, septem ante annis in privatum commodum descripsi, et consilio amicorum in commune jam profero. Hic codex Mediolani in Ambrosiana Bibliotheca diligentissime servatur. Si formam ejus et argumentum spectes, non exiguam magnitudinem folio in duas columnas descripto, et venerandam speciem pergam. charta, antiquis Syrorum literis Estrangelis, et rubris titulis ac epilogis refert, suoque complexu et hoc ordine Psalmos, Jobum, Proverbia, Ecclesiastem, Canticum Cant., Sapientiam Salom., Syracidem, XII Prophetas Minores, Jeremiam, Baruchum, Threnos, Epistolam Jeremiæ, Danielelem, Historias Susannæ, Belis et Draconis, Hexochielem et Jesaiam continet. Plerique libri in fronte gerunt prologos (Psalmi longissimum, sed mutilum), qui argumento capitum, historie auctorum, aliisque, copiosius et melius alibi expositis, et a me pro temporis brevitate non descriptis, faciem præferunt, et ad finem epilogos, qui impressi declarabant, nostram versionem ex Græco codice, quem Eusebius, Pamphilo socio, ex Origenis Tetraplis vel Hexaplis, in Cæsareensi Bibliotheca reposita, depromsit, et ad hæc exempla collatum emendavit, factam esse, et Alexandriæ mense Cauun posteriori a. Alex. 928 i. e. mense Mart. a. Chr. 617 perfectam. Scilicet Jobus, Daniel et XII Prophetæ Minores ex Tetraplis, Proverbia vero, Canticum et Threni ex Hexaplis sumti dicuntur. Nec origo reliquorum, præter Jesaiam, qui ex codice Eusebii et Pamphili expressus memoratur, epilogis carentium, aliunde repetenda videtur, ipsa eorum indole hanc fidem inculcante. In ipso textu et aliquando in margine adsunt primum Asterisci, Obeli, Lemnisci, et Hypolemnisci; tum litteræ, *Ain*, textum Hebræum, *Aleph*, *Samech* et *Thau*, Aquilam, Symmachum et Theodotionem seorsim, *Gimel*, hos interpretes conjunctim, *He*, Quintam, et *Vau*, Sextam versionem indicantes; et deinde alia signa, quorum hæc figura,  et quibus similia, diversorum auctorum vel scholiis, plerisque ob rationem supra allatam a me etiam omissis, vel interpretationibus in margine præfixa, respondent, quorumque vicem litteræ alphabeti Latini in nostra editione commodius gerunt. Quo magis est in aperto, Libros Apocryphos, qui subinde voces Græcas, synonyma Syriaca et scholia longiora in margine quoque ostendunt, hæc critica signa non habere, eo curiosius videtur, non illa modo conspici, sed versionem etiam Theodotionis in Barucho et Cantico trium virorum in igne, quæ antiquitatis monumenta ideo etiam mihi describenda putavi, excitari, quam rem peritiorum judicio committo.

Ejusdem generis et pretii erat codex ille Syriacus, qui possessione et usu Masii æque famosus, post clarissimi hujus viri obitum vel in occulto jacet, vel tristi quodam fato periit, ambigua aut nulla ejus recuperandi spe relicta. Eadem enim utriusque forma, idem character, eadem versio, eadem signa, eadem notæ. Masianus, ipso possessore vera referente, sub finem dicebatur sumtus et ad verbum translatus ex Græco exemplari, quod Eusebius, Pamphilo adjutore, ad libros Origenis in Cæsareensi Bibliotheca obvius sua manu correxit: idem de nostro Ambrosiano dicitur. Et quoniam in Masiano li V. T. libri aderant, qui in Ambrosiano desunt, ille a. Alex. 927, Chr. 616 finitus, primum, hic vero a. Alex. 928, Chr. 617 absolutus secundum unius ejusdemque operis volumen constituisse videtur.

Sed de auctore hujus versionis nihil in nostro codice, nihil apud Masium ad ignoti nominis vel conjecturam reperio. In re tam veteri et incerta opinioni Cl. Eichhornii accedo, qui vero propiora colligens, veroque proxima sequens, arbitratur (1), Paullum Alexandriæ Episcopum, versionis Syriaco-Hexaplaris IV. Lib. Regum, in Bibliotheca Regia Parisiensi obviæ, et a me etiam descriptæ, auctorem (2), loco

(1) Reperit 7 Th. p. 225.

(2) Biuns Reperit. 8. Th. p. 85.

quidem sui muneris per errorem scriptorum, non vero persona ad fidem lectorum diversum fuisse a Paulo Telæ Episcopo, cui Assenau versionem LXX interpretum apud Syros ex certo tribuit, cuique et nos Masianam et Ambrosianam ex probabili tribuendam putamus. Æque ambigua est codicis nostri ætas, quæ tamen si ex litterarum specie et forma æstimanda erit, supra sæculum octavum repetenda videtur. Certius est illius nomen, qui hujus codicis ex Asia in Europam transferendi consilio et beneficio gratiam posteritatis inierit. Cardinalis est Borromæus, vir singularis exempli, qui, alia orientis præstantissima ut taceam, hoc exemplar, cœnobii Chaldaici, sacris St. Mariæ faciendis in solitudine Schittim dedicati, priscum thesaurum, ex Ægypto in Ambrosianæ Bibliothecæ ornamentum liberalissime comparavit.

Imaginem codicis nostri breviter expressa, sequitur, ut de Latina nostra versione paucis dicam, in qua componenda Syrus interpres mihi fuit exemplo. Quemadmodum ille Græcum vestigiis secutus est, a consuetudine sui sermonis longe recedens, ita ego Syrum, in eadem re, magis recte legendi, quam ornate vertendi rationem spectante, si minus Latine imitandum, tamen æmulandum mihi proposui. Si autem difficile est, rei proximæ, difficillimum mihi fuit, remotissimæ similitudinem ex vero effingere, et voces Syriacas, quæ licentia vestustatis obscuræ, copia significationum ambiguar, et pro orientali scribendi genere, inter nostrum et Hieroglyphicum medio, in notis præsertim et extra seriem orationis vario legendi et interpretandi arbitrio obnoxie sunt, totidem Latinis ejusdem vis et potestatis exprimere (1). Sic harum causarum errores meæ inscitie, reliquos vero, quos transcribendo commisi, et quos suspectos, manifestos, metu iterum errandi non correxi, meæ incuriæ tribues, et cum illos propter rei difficultatem, tum hos propter temporis in copia codicis facienda brevitatem excusabis. Profecto non tantum a me, qui ipsum codicem nec antea, urgente meo in orientem itinere, totum cum nostro exemplari conferendi tempus habui, nec jam ex parte consulendi occasionem habeo, postulabis, quantum ab eorum studiis et ingeniis, quibus hujus utriusque fortuna contigerit, expectabis.

Ad ultimum de codicis nostri usu, qui melius a suis rebus, quam nostris verbis cognoscendus, integritati Hebraici textus vetera testimonia, vitiis LXX interpretum nova remedia, et cum Montfauconis Hexaplis tum Syriacis Nomenclaturis magna incrementa in fronte promittit, et in recessu fovet, multa habeo, quæ dicerem, nisi proposita voluminis et pretii magnitudo mihi esset impedimento. Igitur cum ex innumeris nonnulla hujus versionis loca, quæ ab Hexaplari tum Montfauconis opere tum Grabii editione vocum et signorum numero, forma et loco differunt, affatim explicare non liceat, ea in opportuna collationis copiam et veri ac falsi discrimen nominatim citasse juvabit e solis duobus libris quos nunc edimus.

Jerem. I. 8. II. 17. 29. III. 3. IV. 1. V. 15. 16. 26. VI. 2. 13. 22. VII. 10. 11. VIII. 2. 7. 19. IX. 26. X. 9. 18. XIII. 10. XIV. 13. 15. XV. 11. XVI. 4. XVIII. 20. 23. XIX. 11. XXI. 3. XXII. 18. 29. 30. XXIII. 8. 10. XXIX. 15. XXXIII. 16. XXXV. 5. XXXVI. 1. XLI. 9. 15. XLVIII. 13. 30. 45. Hezech. V. 15. VI. 6. 9. 10. XVII. 20. 21. XVIII. 4. LI. 6.

(1) Græcum articulum præpositivum, quem Origenes textui LXXvirali aliquando præmisso asterisco addidit, noster per litteram *Lomad* expressit, quam Norberg per *ad*, vel *is*, *ea*, *id*, reddidit, nos litteris Græcis Latinæ versionis inseruimus; quod rectius esse ipse codicis editor ingenue fassus est se advertisse impresso jam opere suo. Drach.

## PROPHETIA JEREMIÆ

### SECUNDUM VERSIONEM LXX VIRALEM.

Cap. I.—1. (a) Verbum + Dei quod factum est ; ad Jeremiam filium Helciae, ex sacerdotibus, + qui habitabat ; in Anathoth in terra Benjamin : 2. quod factum est verbum (b) Domini ad eum in diebus Josiae filii Amon regis Judæ, anno tertio decimo in regno ejus. 3. Et factum est in diebus Joacim filii Josiae regis Judæ, usque ad finem anni undecimi Sedeciae filii Josiae regis Judæ, usque ad (c) captivitatem Jerusalem in mense quinto. 4. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 5. Priusquam fugerem te in utero, novi te, et antequam prodires e vulva, sanctificavi te, prophetam in gentibus constitui te. 6. Et dixi : (d) Ille qui est Dominus, Domine, ecce non instructus sum ad loquendum, quoniam puer ego sum. 7. Et dixit Dominus ad me : Ne dicas, quod puer ego sum ; quia ad omnes eos, ad quos misero te, ibis, et iuxta omnia, quæ præcepero tibi, loqueris. 8. Ne timeas a facie eorum, — et ne commovearis coram eis ; quia tecum ego sum, ad eripiendum te, dicit Dominus. 9. Et extendit Dominus manum suam ad me, et appropinquavit ori meo, et dixit Dominus ad me : Ecce dedi verba mea in os tuum : 10. Ecce constitui te (e) hodie super gentes, et regna, ad extirpandum, et ad evertendum, ✕ et ad perdendum, et ad destruendum ; et ad ædificandum, et ad plantandum. 11. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Quid tu vides, Jeremia ? Et dixi : Baculum (f) nucis ✕ ego video ; 12. Et dixit ad me Dominus : Bene vidisti ; quia (g) vigilavi ego super verba mea, ad faciendum ea. 13. Et factum est verbum Domini ad me secunda vice, dicens : Quid tu vides ? Et dixi : Ollam (h) succensam ✕ ego video ; et faciem ejus a facie aquilonis. 14. Et dixit Dominus ad me : A facie aquilonis (i) exardescunt mala super omnes habitantes in terra. 15. Quoniam ecce ego convoco omnia (k) regna ✕ regum ; ab ✕ aquilone ; terræ, dicit Dominus. Et venient, et ponent unusquisque solium suum super vestibulis portarum Jerusalem, et super omnibus viris, qui circa eam, et super omnibus urbibus Judæ. 16. Et loquar cum (l) iudicio ad eos de omni malitia eorum, quod dereliquerunt me, et sacrificarunt Diis (m) alienis, et adorarunt opera

manuum suarum. 17. Et tu præcinge latus tuum, et surge, et dic ad eos omnia, quæcumque ✕ ego ; præcepero tibi. (n) Ne timeas a facie eorum, (o) ne terrefaciam te coram eis ; quia tecum ego sum, ad eripiendum te, dicit Dominus. 18. ✕ Ego autem ; ecce posui te in die hodierno, ut urbem munitam, ✕ et in columnam ferri ; et ut murum munitum æris (p) omnibus regibus Judæ, et principibus ejus, ✕ et sacerdotibus eorum ; et populo terræ. 19. Et pugnabunt cum te, et non prævalent adversus te ; quia tecum sum ego, dicit Dominus, ad eripiendum te.

Cap. II.—1. ✕ Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Vade (q) et lege in auribus filiorum Jerusalem, et dic ; Hæc dicit Dominus : Recordatus sum tibi misericordiam pueritiæ tuæ, et amorem (r) perfectionis tuæ, et adhæsisti Sancto + Israelis, dicit Dominus ; in deserto, in terra non seminabili. 3. Sanctus ipse Israel Domino, (s) principium proventuum ejus : omnes, qui comedunt eum, injuste agent : mala venient super eos, dicit Dominus. 4. Audite verbum Domini, domus Jacob ; et omnes (t) paternitates domus Israelis. 5. Hæc dicit Dominus : Quod (u) delictum invenerunt in me patres vestri, quod transierunt procul a me, et ambulaverunt post vana, et vani facti sunt ? 6. Et non dixerunt : Ubi est Dominus, qui eduxit nos ex terra Ægypti, (x) qui duxit nos in deserto, in terra non tentata, nec trita, in terra sine aqua, + et sine fructibus ; ✕ et umbra mortis ; in terra, quæ non transivit in ea (y) vir, neque habitavit (y) filius hominis ibi ? 7. Et introduxi vos (z) in Carmelum, ad edendum (a) fructus ejus, et bona ejus. Et ingressi estis, et poluistis terram meam, et hæreditatem meam posuistis in abominationem. 8. Sacerdotes non dixerunt, Ubi est Dominus ? et tenentes legem meam non instructi fuerunt de me : et pastores impie egerunt in me, et prophetæ prophetarunt (b) Baali, et post non utile iverunt. 9. Propter hoc adhuc iudicio contendam adversus vos, dicit Dominus, et adversus filios filiorum vestrorum iudicio contendam. 10. Idcirco transite in insulas Chithæorum, et videte, et in Cedar mittite, et mentes utimini veh-

(a) *Reliqui*, sermones Jeremiæ filii Helciae. (b) *Heb.*, Dominus. (c) *A.*, transmigratio: n. (d) *O* Domine, Domine, o o o. *Heb.*, A A A. (e) *A.*, *S.*, die hor. (f) *A.*, *Th.*, amygdali. (g) *S.*, vigilo. (h) *A.*, *S.*, insufflatam. (i) *A.*, *S.*, aperientur. (k) *A.*, *S.*, pulchritudinem generis. (l) *A.*, *S.*, iudicia mea. (m) *S.*, falsis. (n) *A.*, ne paveas a facie eorum, ne percutiam te. (o) Nec paveas a fronte eorum. (p) *A.*, super omni terra. (q) *S.*, et prædica. (r) *A.*, *S.*, sponsorum tuorum. (s) *A.*, principium proventus ejus. (t) *A.*, *S.*, consanguinitates. (u) *A.*, injustitiam. (x) *A.*, ille, qui eduxit nos super desertum Arabiæ sine habitante. (y) *A.*, *S.*, homo. (z) *Hæc explicantes* : in terram Carmeli. (a) *A.*, *S.*, fructuum ejus. (b) *A.*, *S.*, in Baal.

menter, et videte, si facta sint similia : 11. Si mutant gentes deos suos, et hi non sunt Dii, Populus autem meus (c) mutavit gloriam suam in id, ex quo nihil sibi proderunt. 12. (d) Obstupuit cœlum super hoc, et horruit (e) vehementer abundantius, dicit Dominus. 13. Quia duo et mala fecit populus meus : me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, (f) et foderunt sibi cisternas, ✕ cisternas : contractas illas, quæ non possunt aquam + continere : 14. Num servus + est : Israel, aut filius familias est (g)? quare factus est (h) in prædam? 15. Super eum (i) ulularunt leones, et dederunt vocem suam, qui posuerunt terram ejus (k) in solitudinem : et urbes ejus (l) extirpatæ sunt, eo quod non habitentur (m). 16. Etiam filii Memphis et Tahphis (n) cognoverunt te, et illuserunt tibi. Nonne hæc fecit tibi illud, quod dereliquisti me, 17. dicit (o) Dominus Deus tuus, ✕ in tempore cum abduxi te in via ;? 18. Et nunc quid tibi, et viæ Ægypti, ut bibas aquam (p) Gihon? Et quid tibi, et viæ Assyriorum, ut bibas aquam fluminum? 19. Castigabit te (q) defectio, (r) et malitia tua arguet te. Et scito, et vide, ✕ quod malum : et amarum tibi illud, quod dereliqueris (s) me, dicit Dominus Deus tuus : (t) et non mihi complacui in te, dicit Dominus Deus tuus ; 20. quoniam a sacculo confregisti jugum tuum, et (u) disruptisti vincula tua, et dixisti : Non colam servitium tibi ~ ;, sed ibo super omnem collem excelsum, et subter omne lignum umbrosum, ibi (x) lasciviam in fornicatione ~ mea ;. 21. Ego autem plantavi te (y) vitem ferentem fructus omnem veram : quomodo conversa es ✕ mihi ; in amaritudinem vitis aliena? 22. Si laveris te nitro, et multiplicaveris tibi radicem purificantem, (z) maculata es in injustitiis tuis coram me, dicit ✕ Dominus Dominus ;. 23. Quomodo dicis : Non polluta sum, et post Baal non ambulavi? Vide vias tuas (a) in sepulcris, et cognosce, quid feceris (b). Vespero voce sua ululavit : 24. Vias tuas dilatavit super aquas solitudinis : in cupiditatibus animæ suæ (c) respiravit : tradita est : quis convertet eam? Omnes, qui quærunt eam, non fatigabuntur : (d) in humilitate ejus reperient eam. 25. (e) Averte pedem tuum a (f) via dura, et guttur tuum a siti. Illa autem dixit, (g)

Viriliter agam : quia amavit alienos, et post eos ambulavit. 26. Ut pudor furis, cum captus fuerit, ita (h) erubescunt filii Israelis, ipsi, et reges eorum, et principes eorum, et sacerdotes eorum, et prophetae eorum. 27. Dixerunt ligno, Quod pater meus es tu : et lapidi, Tu peperisti me. Et converterunt ad me terga, et non facies suas. Et in tempore malorum suorum dicent : Surge et serva nos. 28. Et ubi sunt dii tui, quos fecisti tibi? si surgent, et liberabunt te in tempore humilitatis tuæ? Quia secundum numerum urbium tuarum erant dii tui, Juda : et secundum numerum viarum Jerusalem sacrificarunt Baali. 29. Quare (i) loquimini ad me? Omnes vos impie egistis, et omnes vos injuste egistis in me, dicit Dominus. 30. Frustra percussi filios vestros : (j) non recepistis. Devoravit (k) gladius prophetas vestros, ut leo delens, et non timuistis. 31. Audite verbum Domini : + hæc dicit Dominus ; : Num solitudo factus sum Israeli, aut terra (l) inculta? quoniam dixerunt populus meus : (m) Non subjecti erimus, neque veniemus amplius ad te. 32. Num obliviscetur (n) sponsa ornamenti sui, (o) et virgo ornatus, qui super pectore ejus? Populus autem meus oblitus est mei diebus, quibus non est numerus. 33. (p) Quod amplius bonum animo finges in vis tuis (q) ad quærendam dilectionem? Non factum est ita ; (r) sed etiam tu male fecisti, ut contaminares vias tuas : 34. (s) et in manibus tuis inventi sunt sanguines animarum ✕ pauperum ; innocentium. Non in perfossionibus inveni eos, sed super omni quercu. 35. Et dixisti, ✕ Quod ; innocens sum ; sed revertatur furor ejus a me. Ecce ego judicium faciam adversus te, super quod dixisti, Quod non peccavi ; 36. quoniam sprevisisti multum, ad iterandum vias tuas. Et ab Ægypto erubesces, ut erubuisti ab Assur ; quoniam et hinc exhibis, et manus tuæ super caput tuum : quia repulit Dominus spem tuam, et non prospere ages in ea.

Cap. III.—1. ✕ Dicendo ; : Si dimiserit vir uxorem suam, et discesserit ab eo, et facta fuerit viro alteri ; num + revertendo ; revertetur ad eum amplius? (t) Nonne sordes contrahendo pollueretur (u) terra hæc? Et tu scortata es in pastoribus multis, et revertetur ad me, dicit Dominus. 2. Attolle

(c) A., mutavit gloriam suam in non utile. (d) A., S., plaude, cœlum, super hoc, et porta ejus, desolamini vehementer. (e) Terra. (f) S., exciderunt. (g) Jacob. (h) A., in direptionem. (i) A., S., rugierunt. (k) A., S., in depravationem. (l) A., combastæ sunt. S., vastatæ sunt. (m) Rursus. (n) A., confringunt tibi cranium. S., super cranium. (o) A., S., Dominus Deus tuus. (p) Reliqui, Sihor. (q) Reliqui, malitia tua. (r) Et aversio tua. (s) A., S., Dominum Deum tuum. (t) A., et non timor mei apud te, dicit Dominus, Dominus militiarum (Reliqui, virtutum). S., et non est timor mei apud te. (u) A., Th., abscidisti. (x) A., Th., simul existens in strato meretrix. (y) A., Sorec, totum s-mem verum. (z) S., polluta iniquitatibus tuis. (a) A., S., in vallibus. (b) A., dromedaria levis, implicans vias suas. S., onager, edoctus desertum. (c) A., traxit ventum. S., odorata est ventum. (d) A., in novilunio ejus. (e) A., cohibe. (f) A., S., discalceatum. (g) Abscidi spem. S., ægrotavi. (h) A., pudescerunt domum Israelis. (i) A., S., litigatis. (j) Vox בְּרִיחָה, disciplinam, hic vel meo, vel codicis vitio deesse videtur. (k) A., S., gladius vester. (l) A., serotina in genitura. S., serotina. (m) A., recessimus. S., migravimus. (n) A., S., virgo. (o) A., S., et sponsa. (p) A., cur benefacis viæ tuæ. (q) S., ad eam, qua quæris amari. (r) A., propter hoc etiam malas docuisti. (s) A., S., et in alis tuis. (t) A., nonne factum est occisione occideretur? (u) Mulier.

oculos tuos in rectitudinem, et vide, ubinam non  
 (x) conspersa fueris. Super viis (y) sedebas, eis,  
 (z) ut cornix, vastata. Et polluisti terram in scortationibus tuis, et in malis tuis : 3. (a) et possedisti pastores multos in offendiculum tibi (b) (b). Facies ✕ mulieris : meretricis facta est tibi : audax fuisti (c) adversus omnes. 4. (d) Nonne ut dominum vocasti me, et patrem, et principem (e) virginitatis tuæ? 5. Num permanebit in æternum, aut servabitur in victoriam? Ecce locuta es, et fecisti mala hæc, et potuisti. 6. Et dixit Dominus ad me in diebus Josiæ regis : Vidisti, quæ fecit mihi (f) habitatrix Israelis? Ivit ✕ sibi ipsi : super omnem montem excelsum, et subter omne lignum (g) umbrosum, et scortata est ibi. 7. Et dixi, postquam scortata erat hæc omnia : Ad me revertere. Et non reversa est. Et vidit prævaricationem ejus (h) prævaricatrix Judæ. 8. Et vidi, quod pro omnibus, quibus + deprehensa est : in quibus mœchata est (i) habitatrix Israelis, dimisi eam, et dedi ei libellum repudiij in manus ejus. Et non timuit prævaricatrix Judæ, ✕ soror ejus : , et ivit, et scortata est etiam ipsa : 9. et facta est in nihilum scortatio ejus, ✕ et occidit terram : : et mœchata est cum lapide, et cum ligno. 10. Et in omnibus his non reversa est ad me prævaricatrix Judæ, ✕ soror ejus : , ex toto corde suo, sed in mendacio, dicit Dominus. 11. Et dixit Dominus ad me : Justificavit animam suam ✕ revolutio : Israelis præ prævaricatrice Judæ : 12. abi, (k) et lege sermones istos ad aquilonem, et dices : Revertere ad me, habitatrix Israelis, dicit Dominus : et non (l) indurabo faciem meam super vos, quia (m) misericors ego sum, dicit Dominus, et non irascer vobis in æternum. 13. Verum agnosce injustitiam tuam, quia in Dominum Deum tuum impie egisti, et lascivas reddidisti vias tuas in alienos sub omni ligno umbroso : voci autem meæ non obedisti, dicit Dominus. 14. Convertimini, filii (n) remoti, dicit Dominus; quia ego (o) imperitabo vobis, et assumam vos, unum ex urbe, et duos ex (p) familia, et introducam vos in Sionem : 15. et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos pascentes (q) cum scientia. 16. Et erit, si multiplicati fueritis, et creveritis super terra, dicit Dominus, in diebus illis non dicent amplius : Arca sceleris Domini (r) : non ascendet super cor, (s) ne-

(x) A., fueris concubina. S., meretricem egeris. (y) S., exspectans eos, ut hospitium vespertinum, et ream fecisti terram. (z) A., sicut Arabs in deserto, et occidisti terram! — Ut cornix in deserto sola. (a) A., et ullionem sumserunt imbres. S., et prohibita fuerunt guttæ imbris. (b) A., S., et pluvia serotina non fuit. (b) Reliqui : frons. (c) A., erubescere. (d) Nonne ex nunc vocabis me, pater meus? (e) A., S., pueritiæ meæ. Cur servabis exardescitiam in æternum? (f) Habitatrix : Locuta. (g) A., lætum. (h) Reliqui, prævaricatrix soror ejus. (i) A., S., revolutio Israelis. (k) S., et prædica. (l) A., mittam. S., effundam. (m) A., S., propitius. (n) S., evagantes. (o) A., S., possedi vos. (p) A., S., cognatione. (q) Reliqui, in scientia et intelligentia. (r) Sancti Israelis. (s) A., S., neque mentionem facient ejus. (t) A., et ego dixi : Quomodo ponam te in filios, et retribuam tibi terram desideratam, hæreditatem famosam fortitudinis robusti gentium?, S., et dixi : Quemadmodum disponam te in filios, et dabo tibi terram desideratam, cultum religiosum (OPHEKIAN) exempli gratium. (u) A., divisionem sortis pulchram, gloriam exercituum gentium. S., apprehensionem sortis exercituum gentium. (x) A., super plateis. S., super altis. (y) A., reversi, se avertentes. (z) A., S., aversiones vestras. (a) A., S., multitudo montium. (b) A., Th., ad me se convertat. (c) A., et non commoveberis.

que nominabitur ✕ in ea : , neque visitabitur. neque facietur amplius. 17. In diebus illis. + et in tempore illo : vocabunt Jerusalem solum Domini : et congregabuntur in eam omnes gentes ✕ in nomine Domini : in Jerusalem : non ambulant amplius post cogitationes cordis sui mali. 18. In diebus illis congregabuntur domus Judæ ad domum Israelis : et venient simul ex terra aquilonis, + et ex omnibus regionibus : ad terram, quam in hæreditatem dedi patribus eorum. 19. (t) Et ego dixi : + Fiat, Domine : ; quia disponam te in filios, et dabo tibi terram electam, (u) hæreditatem ✕ famosam : Dei omnipotentis gentium. Et dixi : Patrem vocabis me, et a me non retrocedes. 20. Verum ut prævaricatur mulier in eum, qui est cum ea, ita prævaricata est in me domus Israelis, dicit Dominus. 21. Vox (x) ex labijs audita est, fletus, et obsecrationis filiorum Israelis; quia injuste egerunt in viis suis, obliti sunt ✕ Dei : Sancti sui. 22. Revertimini, filii (y) revertentes : et sanabo (z) contritiones vestras. Ecce ipsi nos erimus tibi, quia tu Dominus Deus noster es. 23. Vere in mendacium erant colles, et (a) robur montium : tantummodo per Dominum Deum nostrum salus + domus : Israelis. 24. Pudor autem absolvit labores patrum nostrorum a pueritia eorum, oves eorum, et tauros eorum, filios eorum, et filias eorum. 25. Dormivimus in pudore nostro, et operuit nos contentus noster; quia coram Deo nostro peccavimus nos, et patres nostri, a pueritia nostra, et usque ad diem hunc, et non obedivimus voci Domini Dei nostri.

Cap. IV.—1. Si se converterit Israël, dicit Dominus, (b) ad me etiam se convertat : et si amoverit abominaciones suas de ore suo, + et : a facie mea ✕ etiam : (c) et eruberit, 2. et juraverit, vivit Dominus, cum veritate, et in judicio, et in justitia; etiam benedicent in eo gentes, et in eo laudabunt ✕ Deum : in Jerusalem. 3. Quoniam hæc dicit Dominus viris Judæ, et habitatoribus Jerusalem : Arate vobis arva, et ne seratis super spinis : 4. circumcidimini Deo vestro, et circumcidimini præputium cordis vestri, viri Judæ, et habitantes in Jerusalem, ne prodeat, ut ignis, furor meus, et exardeat, et non erit, qui exstinguat, a facie maitæ studiorum vestrorum. 5. Annuntiate in Juda,

et in Jerusalem audiatur: dicite, significate (d) tuba A super terra, et clamate voce magna, dicite: Congregamini, et ingrediamur in urbes, quibus sunt muri: 6. (e) attollite, et fugite in Sionem: festinate, ne stetis; quia mala ego adiuco ab aquilone, et contritionem magnam. 7. Ascendit leo ex habitaculo suo: et qui delet gentes, (f) abstulit, et exivit ex loco suo, ad ponendum terram tuam (g) in desertum: et urbes tuæ destruentur, eo quod non habitentur. 8. Super his cingite vos ciliciis, et plangite, et ululate; quia non reversus est furor iræ Domini a vobis. 9. Et erit in die illo, dicit Dominus, peribit (h) cor regis, et cor principum; et (i) obstupescunt sacerdotes, et prophetæ mirabuntur. 10. Et dixi: O Dominator Domine, an decipiente lo decepti populum hunc, in Jerusalem, dicens tu: Pax erit vobis, et (k) pertinget gladius usque ad animam eorum? 11. In tempore illo (l) dicent populo huic et Jerusalem: (m) Spiritus et error in deserto, (n) via filiarum populi mei non ad purum, neque ad sanetum. 12. Spiritus repletionis ✕ ex his: veniet mihi. Nunc autem ✕ et: ego loquar iudicia mea adversus eos. 13. Ecce, ut nubes, ascendet, et ut turbo, cursus ejus: leviores aquilis equi ejus. Væ nobis, quia afflicti sumus. 14. Ablue a malitia cor tuum, Jerusalem, ut salveris. Quousque reperientur in te cogitationes dolorum tuorum? 15. Quia vox annuntiantis ex Dan (o): (p) et audietur dolor ex monte Ephraim. 16. In memoriam revocate gentibus, (q) ecce venerunt: Hierosolymæ C annuntiate, turbæ veniunt ex terra longinqua, et dederunt super urbes Judæ vocem suam: 17. ut custodientes agrum, facti sunt super eam in circuitu; (r) quoniam me neglexisti, dicit Dominus. 18. Viæ tuæ, et studia tua fecerunt hæc tibi: hæc malitia tua, quod amara, quia pertigit usque ad cor tuum. 19. Venter meus, venter meus dolet mihi, et sensoria cordis mei: (s) discerpitur + anima mea, dilaniatur: etiam cor meum: non tacebo; quia vocem (t) tubæ audivit anima mea, (u) clamorem belli, 20. + et miseræ: : contritionem ✕ super contritionem: (x) advocat; quia vexata est omnis terra: repente vexatum est tabernaculum meum, dilacerata sunt aulæa mea. 21. Quousque videbo fugientes, audiam vocem tubarum? 22. (y) Quia principes populi mei D me non cognoverunt. Filii insipientes sunt, et non intelligentes ✕ sunt: sapientes sunt ad male faciendum, bene facere vero non cognoverunt. 23.

Aspexi in terram, et ecce ✕ (z) inane: et nihil, et in cælum, et non erant lucæ ejus. 24. Vidi montes, et erant trementes, et omnes colles turbatos. 25. Inspexi, et ecce non erat homo, et omnes volucres cœli (a) expavebant. 26. Vidi, et ecce Carmelus desertus, et omnes urbes ✕ ejus: (b) incensæ igne a facie Domini, et a facie iræ furoris ejus + abolitæ erant: . 27. Hæc dicit Dominus: (c) Deserta erit omnis terra, consummationem vero non faciam. 28. Super his lugeat terra, et caliget cælum desuper; (d) quia locutus sum, et non me pœnitebit: (e) tuli impetum, et non recedam ab ea. 29. A voce equitis, et (f) arcus intensi migravit omnis regio. Irrepererunt in speluncas, + et in silvas se abscondiderunt: , et sup-r ingentia saxa (g) ascenderunt: omnis urbs derelicta est, non habitat in eis homo. 30. Et tu ✕ misera: , quid facies? Si tibi circumdederis coccinum, et te ornaveris ornamento auri, et si obliuiveris (h) collyrio oculos tuos; in vanum (i) illud (k) decus tuam. Repulerunt te amatores tui: animam tuam quærent: 31. Quia vocem ut parturientis audivi, (l) gemitum tuum ut parientis primo. Vox filiarum Sionis refrigescet: et remittet manus suas. Væ mihi ego, quia deficit anima mea super interfectis.

Cap. V.—1. Currite, circumite in viis Jerusalem: videte ✕ igitur: , et cognoscite, et quærite in plateis ejus, si inveniatis virum, si sit facies iudicium, et quærens (m) fidem: et propitius ero eis, dicit Dominus. 2. (n) Vivit Dominus, dicunt: propter hoc nonne super mendaciis jurant? 3. Domine, oculi tui (o) in fidem: flagellasti eos, et non doluit eis: consumsisti eos, et non voluerunt accipere disciplinam: indurarunt facies suas plus quam petram, et non voluerunt se convertere. 4. Et ego dixi: Fortasse inopes sunt, quia (p) non potuerunt: quoniam non cognoverunt viam Domini, et iudicium Dei ✕ sui: 5. Ibo ad optimates, et loquar eis, quia ipsi cognoverunt viam Domini, et iudicium Dei ✕ sui: Et ecce ✕ ipsi: simul confregerunt jugum, diruperunt vincula. 6. Propter hoc percussit eos leo ex silva, et lupus (q) usque ad domos delevit eos: et pardus vigilavit super civitates eorum. Omnes, qui egrediuntur ex eis, capiuntur; quia multiplicaverunt impietates suas, invaluerunt D robore in aversionibus suis: 7. Propter quam ex his propitius sum tibi? Filii tui dereliquerunt me, et jurarunt in iis, + qui non sunt: , Dii: et satiavi eos, et adulterati sunt, et in domibus (r) me-

(d) A., S., in cornu. (e) A., tollite signum in Sionem. (f) A., S., extulit. (g) A., S., in corruptionem. (h) S., mens. (i) S., hæsitabunt. (k) A., Th., pertigit. (l) Reliqui, dicitur. (m) A., ventus fulgoris e speculis in deserto. S., ventus æstus. (n) S., ita viam filiarum populi mei non ad ventilandum, neque ad purgandum. (o) Veniet. (p) A., et votum facientis. (q) A., ecce audire facite super Jerusalem bellum. S., custodes veniunt ex terra longinqua, et dabunt super urbes. (r) Reliqui, quia me exacerbarunt. (s) A., strepunt. S., conturbata sunt. (t) A., S., cornu. (u) A., S., ululatum. (x) A., S., vocata est. (y) A., Th., quoniam desipuit populus meus. (z) A., inanitas, et nihil. S., non composita et commista. (a) A., demigraverunt. (b) A., destructæ erant. (c) A., corruptio. S., non ornata. (d) A., Th., propter hoc quod locutus sum. (e) A., S., instructus sum, et non acquievi, et non revertar. (f) A., S., arcus jacti. (g) S., ascendistis. (h) ΣΤΙΒΕΙ, stibio. (i) Factum est. (k) A., S., ornabis te. (l) A., periculum et angustiam. S., angustiam. (m) S., veritatem. (n) S., si autem, vivit Dominus, dicant, super mendacio jurant. (o) A., annon in fide? S., annon in veritate? (p) A., Th., desipuerunt. (q) A., vespertini. (r) A., S., meretricia-

reticum hospitali sunt : 8. equi transeuntes super  
fœminas ✕ tracti : facti sunt : unusquisque super  
uxorem proximi sui hinnivit. 9. Num super his non  
visitabo, dicit Dominus? aut in gentem talem non  
ulciscetur anima mea? 10. Ascendite (s) super turre  
·jns, et demolimini : consummationem vero ne faci  
ciatis : (t) relinquitte sustentacula ejus, quia (u)  
Domini sunt ; 11. quoniam prævaricans prævaricata  
est in me domus Israelis, et domus Judæ, ✕ dicit  
Dominus :. 12. Mei titi sunt in Dominum + suum  
:, et dixerunt : (x) Non sunt hæc, non venient super  
nos mala, et gladium et famem non videbimus : 13.  
prophetae nostri erant in ventum, et verbum Do  
mini non erat in eis : sic flet eis. 14. Propter hoc  
hæc dicit Dominus ✕ Deus : omnipotens : Pro eo  
quod locuti estis verbum hoc, ecce ego dedi verba  
mea in os tuum ignem, et populum hæc ligna, et  
devorabit eos. 15. Ecce ego adduco super vos gen  
tem ex longinquo, domus Israelis, dicit Dominus,  
✕ gens (y) vetus est, gens, quæ a sæculo est :,  
gens, (z) cujus non audies linguam ejus, ✕ nec aud  
ies, quæ loquatur : 16. pharetra ejus, ut sepul  
crum apertum : : omnes fortes, et comedent mes  
sem vestram, 17. et panes vestros, et comedent fil  
ios vestros, et filias vestras, et comedent (a) oves  
vestras, et boves vestros, et comedent vineas ves  
tras, et ficeta vestra, et oliveta + vestra : (b) et  
trihurabunt urbes munitas vestras, super quibus (c)  
tu confidisti super eis, in gladio. 18. Et erit in die  
bus illis, dicit Dominus + Deus tuus :, non faciam  
vos in consummationem. 19. Et erit, quando dixe  
ritis, Quæpropter fecit nobis Dominus Deus noster  
hæc omnia? et dices eis : (d) Pro eo quod dereli  
quistis me, et coluistis servitium diis (e) alienis in  
terra vestra ; ita coletis servitium alienis in terra  
non vestra. 20. Annuntiate hæc in Domum Jacobi,  
et audiat in domo Judæ, ✕ dicens : : 21. Audite  
igitur hæc, popule (f) fatue, et sine corde : ✕ ipsi  
: qui oculi eis, et non vident, aures eis, et non au  
diunt. 22. An me non timebitis, dicit Dominus? aut  
a facie mea erubescetis? qui posuit arenam termi  
num mari, (g) præceptum æternum, et non trans  
greditur illud : et turbabitur et non poterit : et da  
bunt sonum fluctus ejus, et non transgredientur  
illud. 23. Populo autem huic factum est cor per  
suaderi nescium, (h) et non obediens : deflexerunt,  
et abierunt ; 24. nec dixerunt in corde suo : Timea  
mus nunc Dominum Deum nostrum, qui dat +  
nobis : pluviam tempestivam et serotinam, in tem

pore (i) impletionis præcepti messis ; et custodivit  
nobis. 25. Iniquitates vestræ deflexerunt hæc ; et  
peccata vestra transtulerunt bona a vobis. 26.  
Quia inventæ sunt in populo meo impietates : et  
laqueos ✕ ut rete venantis visco statuerunt : ad  
corrumpendum viros, et conclusurunt. 27. Ut la  
queus tensus, qui plenus avium, ita domus eorum  
plenæ (k) doli. Propter hoc magni evaserunt, et di  
tes evaserunt : 28. ✕ impinguati sunt, insolentes  
facti ✕ sunt, et transgressi sunt (l) verba mea in  
malum :. judicium non judicarunt, neque judicium  
pupilli recte disposuerunt, et judicium (m) viduæ  
non judicarunt. 29. Num super his non visitabo?  
dicit Dominus : aut in gentem talem non ulciscetur  
anima mea? 30. (n) Stupor, et horribilia facta sunt  
super terra. 31. Prophetae prophetant (o) iniquis, et  
sacerdotes applausuerunt manibus suis : et populus  
meus amavit sic. Et quid facietis in iis, quæ post hæc?

Cap. VI. — 1. Corroboramini, filii Benjamin, (p)  
de medio Jerusalem : et in Thecua significate tuba  
(q) et super Bethelherem tollite signum : quia mala  
prospexerunt ab aquilone, et contritio magna fiet.  
2. ✕ (r) Venustam et delicatam :. Et transibit cel  
situs + tua :, filia Sionis. 3. In eam venient pa  
stores (s) et greges eorum : et figent super eam ta  
bernacula in circuitu : et pascent unusquisque manu  
sua. 4. Parate vos super eam ad bellum : surgite,  
et ascendamus super eam meridie : vae nobis, quia  
declinavit dies, quia deficiunt umbræ (t) vesperæ.  
5. Surgite, et ascendamus in nocte, et corrupa  
mus (u) fundamenta ejus. 6. Quia hæc dicit Domi  
nus virtutum : Cædite ligna ejus, effunde super Je  
rusalem (x) robur. ✕ Hæc : ipsa civitas utendax :  
(y) omnis (z) oppressio in ea. 7. Ut frigidam facit  
cisterna aquam suam, ita frigidam facit malitiam  
suam. Impietas, et miseria audietur in ea  
super faciem (a) ejus semper. Dolore et fla  
gello 8. erudieris, Jeru-salem, ne recedat anima mea  
a te, non faciam te terram non perviam, qualis non  
habitabitur. 9. Quia hæc dicit Dominus virtutum :  
Racemate, racemate, ut vineam, reliquias Israelis :  
convertite vos, ut vindemiator super cistam suam.  
10. Ad quem loquar, et contestabor, et audiet?  
Ecce incircumcisæ aures eorum, et non possunt  
audire. Ecce verbum Domini factum est eis in op  
probrium : Non volent audire illud. 11. (b) Et furo  
rem meum implevi, (c) et cohibui, et consumsi eos.  
Effundam super pueros a foris, et super congrega  
tionem (d) juvenum simul ; quia vir et uxor capieu

(s) A., super muros. (t) Portate commeatus. (u) A., non Domini, (x) A., non ipse. S., annon  
ipse est? (y) A., robusta. S., fortis. (z) Reliqui, cujus non cognosces. (a) A., S., gregem tuum  
et boves tuos. (b) Et scedabit. (c) Vos. (d) A., Th., quemadmodum. (e) Falsis. (f) S., stulte, et expert  
mentis. (g) A., statutum. (h) A., S., et irritans. (i) A., S., septimæ statuti messis, qui custodit  
nobis. (k) A., illusionis. S., insidiarum. (l) Judicium. (m) A., S., pauperum. (n) A., corruptio. S., commis  
sio. (o) Falsa. (p) In medio. (q) A., et super domum Carmeli elevate facem. (r) S., venustæ et delicatæ  
assimilavi filiam Sionis. (s) A., S., et stabula eorum. (t) Diei. (u) A., S., palatia. (x) Aggreem. (y) S.,  
ipsa, quæ tota plena est in medio suo. (z) S., oppressiones in medio ejus : ut servat puteus aquam frigi  
dam in se, ita servavit frigus, malitiam ejus audiverunt. (a) A., meam. (b) A., Th., furoris autem Do  
mini. S., et ex ira Domini repleta est, laboravit tolerare. (c) A., fatigatus sum tolerare. S., fatigatus sum  
tolerans ego. (d) A., Th., concordantium.

tur, senior cum pleno dierum: 12. et evertentur, et **X** capientur: domus eorum (e) ad alios, agri et uxores eorum pariter; quia extendam manum meam super eos qui habitant in terra hac, dicit Dominus: 13. quonia a parvo eorum usque ad magnum (f) omnes expleverunt iniqua: a propheta mendaci usque ad sacerdotem (g) omnes fecerunt mendacia. 14. Et curarunt fractionem **X** fillæ: populi mei, (h) contemnentes, et dicentes, Pax, pax: et ubi est pax? 15. Erubuerunt, quia defecerunt **X** fecerunt: et non erant sicut erubescerent, erubuerunt, et contentionem suam non cognoverunt. Propter hoc cadent in ruina sua, et in tempore visitationis suæ exinanientur, dicit Dominus. 16. Hæc dicit Dominus: State super viis, et videte, et interrogate de semitis æternis Domini + et videte: qualis est via quæ bona, et ambulate in ea; et invenietis (i) puritatem animabus vestris. Et dixerunt: Non ibimus. 17. Constitui super vos speculatores: audite vocem (k) tubæ. Et dixerunt: Non audiemus. 18. Propter hoc audierunt gentes, (l) et qui pascunt greges in eis. 19. Audi, terra: Ecce ego adduco mala super populum hunc, fructum (m) aversionis eorum, quia in sermonem meum non attenderunt, et legem meam repulerunt. 20. Cur **X** hoc: mihi thus ex Saba affertis, et (n) cinanonum ex terra longinqua? Holocausta vestra non sunt accepta, et sacrificia vestra (\*) non voluptatem attulerunt mihi. 21. Propter hoc hæc dicit Dominus: Ecce ego do super populum hunc (o) infirmitatem: et infirmabuntur in ea patres, et filii simul: vicinus et proximus ejus peribunt. 22. Hæc dicit Dominus: Ecce populus venit ab aquilone: et gens magna **X** et reges multi: excitabuntur ab extremitate terre: 23. arcum, et (p) hastam tenebunt. (q). Durus est, et non miserebitur: vox ejus, ut mare fluctuans: super equis et curribus se instruet, ut (r) ignis, ad bellum adversus te, filia Sionis. 24. Audivimus famam eorum, dissolutæ sunt manus nostræ; afflictio occupavit nos, dolores quasi parturientis. 25. Ne egrediamini in agrum, et in viis ne ambuletis; quia gladius inimicorum habitat in circuitu. 26. Filia populi mei, accinge te cilicio, et voluta te in cinere: luctum (s) dilecti fac tibi, planctum gemebundum: quia repente veniet (t) miseria super vos. 27. Exploratorum dedi te in populis (u) inclusis: et cognosces, cum probaveris viam eorum: 28. omnes (x) non obediens, ambulantes perverse. Æs, et ferrum, omnes (y) corrupti sunt. 29. Defecit follis ab igne: defecit plumbum. In vanum (z) constat argentum

(e) A., alienos. (f) A., quicumque ipse defraudans. (g) S., quicumque faciens illusionem. (h) A., super contentione. S., cum mollitie. (i) A., Sanctitatem. A., respirationem. (k) S., cornu. (l) A., et cognoscite testimonium, quod est in eis. S., et innotescat congregatio in eis. (m) A., cogitationum. (n) A., S., calamus bonus. (\*) Textus Syr. habet, et sacrificia eorum, וְזִבְחֵיהֶם. Haud dubie lapsus est vel graphicus vel typographicus. Text. Græc., ὄμων. DRACH. (o) A., ostendicula. (p) A., S., clypeus. (q) A., acerbus. (r) A., S., vir. (s) Sicut. (t) A., qui deportat super vos. (u) A., obvallatum a bello. (x) A., principes recedentes, euntes fraudulenter. (y) Reliqui, corruptores. (z) A., S., confiator. (a) S., exaruerunt. (b) A., et habitabo cum vobis. (c) A., si bene faciendo bene feceritis. (d) A., oppresseritis. (e) Hoc. (f) A., ecce vos. S., verum tamen vos. (g) A., fur, et occisor, et adulteri. (h) A., S., liberati fuimus. (i) A., quia ite. S., ite. (k) S., in principio. (l) A., et ne assumas pro eis precationem. (m) S., et ne stes coram me.

A argentum confians: malitia eorum non (a) liquefactæ sunt, 30. Argentum reprobatur vocate eos; quia reprobatum vocate eos; quia reprobatum vocate eos; quia reprobatum vocate eos.

CAP. VII. — 1. **X** Verbum, quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicente: 2. Sta in porta domus Domini, et lege ibi verbum hoc, et dices: Audite verbum Domini, omnis Judæa, ingredientis per portas has, ad adorandum Dominum: + Audite verbum Domini, omnis Judæa: 3. Hæc dicit Dominus virtutum Deus Israelis: Dirigite vias vestras, et studia vestra: (b) et habitare faciam vos in loco hoc. 4. Ne confidatis vobis super verbis mendacibus; + quia omnino non proderunt vobis: cum dicitis: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. 5. Quoniam (c) si dirigendo direxeritis vias vestras, et studia vestra, **X** et si: faciendo feceritis iudicium inter virum, et inter proximum ejus, 6. et peregrinum, et pupillum, et viduam non (d) in servituti redegeritis, et sanguinem innocentem non effuderitis in loco hoc, et post deos alienos non ambulaveritis in malum vobis; 7. etiam habitare faciam vos in loco (e) vestro, in terra, quam dedi patribus vestris a sæculo, et usque in sæculum. 8. (f) Si autem vos confiditis vobis super verbis mendacibus, unde non proficietis, 9. (g) et furamini, et occiditis, et mœchamini, et juratis in injusto, et adolevistis Baali, et ambulastis post deos alienos, quos non novistis, 10. + ut male sit vobis: et venistis, et stetitistis coram me in domo **X** hac: ubi invocatum est nomen meum super ea, et dixistis: (h) Recessimus ab agendo omnes abominationes has. 11. Num spelunca latronum **X** fuit: domus mea, ubi invocatum est nomen meum super ea + ibi: coram vobis? Et ego ecce vidi, dicit Dominus. 12. (i) Quoniam ivistis in locum meum, qui in Silo, ubi collocavi nomen meum ibi (k) ex antiquo: et videte, quæ feci ei a facie malitiæ populi mei Israel. 13. Et nunc pro eo quod fecistis omnia opera hæc, **X** dicit Dominus, et locutus sum ad vos, præveniens et dicens: et non audistis me, et vocavi vos, et non respondistis: 14. etiam faciam domui huic, ubi invocatum est nomen meum super ea, super qua vos confiditis super ea; et loco, quem dedi vobis, et patribus vestris, ut feci Silo: 15. et projiciam vos a facie mea, ut projeci fratres vestros, omne semen Ephræm. 16. Et tu ne ores pro populo hoc, (l) neque supplices, ut sit misericordia eis: et ne ores, (m) neque appropinques mihi + pro eis: quia non exaudiam **X** te: 17. Aut nonne vides, quid ipsi

faciunt in urbibus Judæ, et in viis Jerusalem? **A** 18. Filii eorum colligunt ligna, et patres eorum succendunt ✕ ignem ; et mulieres eorum (n) subligunt massam, ad faciendum placentas (o) militiæ cœli : et libarunt libamina diis alienis, ut ad iram provocent me. 19. Num me ipsi ad iram provocant, dicit Dominus? nonne semetipsos, ut erubescant facies eorum? 20. Propter hoc hæc dicit ✕ Dominus : Ecce ira et furor meus (p) effunditur super locum hunc, et super homines, et super jumenta, et super omne lignum agri, et super omnes (q) proventus terræ : et incendetur, et non exstinguetur. 21. Hæc dicit Dominus ✕ virtutum Deus Israelis : Holocausta vestra congregate cum sacrificiis vestris, et comedite carnem : 22. quia non locutus sum ad patres vestros, neque præcepi eis in die, quo eduxi eos ex terra Ægypti, de ✕ verbo holocaustorum, et sacrificii : 23. sed si verbum hoc præcepi eis, dicens : Audite vocem meam, et ero vobis in Deum, et vos eritis mihi in populum : et ambulante in omnibus viis meis, in iis quas præcepero vobis, ut bene sit vobis. 24. Et non audiverunt ✕ me ; neque (r) attendit auris eorum ; sed ambulaverunt in cogitationibus cordis sui mali, et facti sunt retrorsum, et non facti sunt antrorsum, 25. ex die quo egressi sunt patres eorum ex terra Ægypti, et usque in diem hunc. Et misi ad vos omnes servos meos prophetas, die (s) et mane : et misi, 26. et non audiverunt me, et non attenderunt aures eorum : et indurarunt (t) cervicem suam plus quam patres eorum. 27. Et dices eis sermonem hunc, ✕ et non audient te, et vocabis eos, et non respondebunt tibi, 28. et dices eis : Hæc gens, quæ non audivit vocem Domini Dei eorum, neque recepit disciplinam : defecit fides, ✕ et sublata est : ex ore eorum, 29. (u) Tonde caput tuum, et projice, et sume super labia tua lamentationem ; quia reprobat Dominus, et repulit generationem (x), quæ facit hæc : 30. quia fecerunt filii Judæ quod malum (y) coram me, dicit Dominus, constituerunt abominaciones suas in domo, qua invocatum est nomen meum super ea, ut pollnerent eam : 31. et ædificaverunt (z) aram Thaphethis, quæ est in valle Filii Num, ad comburendum filios suos, et filias suas in igne : quod non præcepi eis, neque cogitavi in corde meo. **B** 32. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus ; et non dicent amplius, Ara Thaphethis, et vallis

Filii Num, sed sed (') vallis (a) occisorum : et sepelient in Thapheth, eo quod non sit locus : 33. et erunt mortui populi hujus cibus volucris cœli, et bestiis terræ : et non erit, qui obviam eat. 34. Et cessare faciam ex urbibus Judæ, et ex plateis Jerusalem (b) vocem lætantium, et vocem gaudentium, vocem sponsi, et vocem sponsæ ; quia in vastationem erit terra.

**CAP. VIII.** — 1. In tempore illo, dicit Dominus, efferent ossa regum Judæ, et ossa principum ejus, et ossa sacerdotum et ossa prophetarum, et ossa eorum qui habitant in Jerusalem, ex sepulcris eorum, 2. et expandent ea (c) ad solem, + et ad lunam, et ad omnes stellas ; et ad omnem militiam cœli, quæ amarunt, et quibus coluerunt servitium, et quos ambularunt post eos, et quibus (d) adhæserunt, et quæ adoraverunt ea. (e) Non plangentur, neque sepelientur : (f) in ludibrium super facie terræ erunt. 3. Quia (g) elegerunt mortem, quam vitam. Et omnibus residuis, qui relictii fuerint ex generatione ✕ mala : illa, (h) in omni loco, ✕ iis, qui relictii fuerint ; (i) quocumque expulso eos illuc, ✕ dicit Dominus virtutum : 4. Et dices ✕ ad eos ; quod hæc dicit Dominus : Num qui cecidit, non resurgit? 5. aut qui discessit, non se convertet? Quare aversus est populus hic, ✕ et Jerusalem ; aversione (k) importuna, et victi fuerunt in arbitrio suo, et non voluerunt se convertere? 6. (l) Attendite nunc, et audite. Nonne sic loquantur, non est homo, qui pœnitentiam agat a malitia sua, dicens : Quid feci? Cessavit currens a cursu suo, sicut equus (m) irruens (") in hinnitu suo. 7. Et (n) avida in cœlo cognovit tempus suum, turtur, (c) et hirundo, + aviculæ agri : custodierunt ✕ tempora : ingressum suorum : populus autem meus non cognoverunt judicia Domini. 8. Quomodo dicitis : Quod sapientes sumus nos, et lex Domini est nobiscum? ✕ Propter hoc : in vanum factus est calamus mendax scribis. 9. Erubuerunt sapientes, expaverunt, et capti sunt ; quia verbum Domini reprobarunt. (p) Sapientia (q) quæ est in eis? 10. Propter hoc dabo uxores eorum aliis, et agros eorum hæredibus : ✕ quia a parvo eorum et usque ad magnum eorum quicumque illudit fraude, **D** a propheta usque ad sacerdotem quicumque facit iniquitates : 11. et curarunt fractionem filiarum populi mei super ignominiam, dicentes, Pax, pax, et non

(n) S., deprecant. (o) Reliqui, reginæ cœli. Aliter, reginæ. (p) A., S., redundabit. (q) A., S., fructuum. (r) Reliqui, inclinarunt. (s) A., S., cum prævenio et mitto. (t) S., cervicem suam, male fecerunt plus quam patres eorum. (u) S., tonde comam sanctam nazireatus tui, et disperge, et sume super rectitudinem lamentationem. (x) A., iræ suæ. S., cui iratus est. (y) A., S., in oculis meis. (z) A., S., excelsa Thaphethis. (') Ita bis in Syriaco textu. Quam iterationem non habent Hebr. et LXX nostri. **DRACH.** (a) A., S., mactationis. (b) A., vocem gaudii, et vocem lætantium. (c) A., in sole et in luna (d) A., quæ quæsierunt. (e) A., non colligentur. (f) A., S., in flumem. (g) A., Th., et eligetur mors plus, quam vita. (h) A., S., in omnibus locis. (i) A., S., quo dispersi eos. (k) A., S., litigiosa. (l) A., S., intuitus sum, et audivi. (m) A., effusus in bellum. (") **צִיָּמָה** legendum puto, pro צִיָּמָה codicis. **Norberg.** (n) A., ciconia, S., milvus. (o) S., tettix [Verbum quod legitur in codice, **צִיָּמָה**, non est Syriacum, sed Græcum **τέττιξ**, cicada. Pro tettix quod Latine edidit Norberg, reposuimus, **tettix**, **DRACH.**] et hirundo. (p) A., S., sapientia cujus eis. (q) Amplius.

est pax. 12. Erubuerunt, quia abominationem fecerunt, etiam erubescere non erubuerunt, etiam pudesceri non sciverunt : propter (\*) cadent cum iis, qui cadunt, et in tempore visitationis suæ (r) infirmabuntur, dicit Dominus : 13. (s) Et congregabunt proventus eorum, dicit Dominus. Non sunt vine in vitibus, et non sunt in ficis ficus, et folia defluxerunt, ✕ et dedi eis, et transierunt eos : 14. Super quid nos sedemus? Congregamini, et ingrediamur in urbes istas munitas, (t) et nos prosternamus ibi; quoniam ✕ Dominus : Deus projecit nos, et bibendam dedit nobis aquam fellis; quoniam peccavimus coram eo. 15. Congregati sumus ad pacem, et non fuerunt bona : ad tempus curationis, et ecce festinatio. 16. (u) Ex Dan audiemus vocem velocitatis equorum ejus : a voce hinnitus (x) equorum ejus commota est omnis terra : et veniet, et devorabit terram, et plenitudinem ejus, urbem, et habitantes in ea. 17. Quia ecce ego mitto in vos (y) serpentes mortiferos, quos non est incantare ✕ eos : et mordebunt vos, ✕ dicit Dominus : (z) 18. absque medicina cum dolore cordis vestri hæsitantis. 19. Ecce vox ✕ clamoris : filie populi mei ex terra longinqua. Num Dominus non est in Sione? aut rex non est (a) ibi? Quare irritaverunt me in sculptilibus suis, et in vanis alienis. 20. Circuivit (b) æstas, transiit (c) messis, et nos non servati sumus. 21. Super fractione filie populi mei fractus sum : occuparunt me caligationes, in ambiguitate prævaluerunt super me + dolores ut parientis : 22. Num resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare non ascendit (d) sanatio filie populi mei?

CAP. IX. — 1. Quis dabit (e) capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrimarum? et defleam + populum hunc : die et nocte, occisos filie populi mei. 2. Quis det mihi in deserto (f) habitaculum ultimum, et relinquam populum meum, et recedam ab eis? Quia omnes mœchantur : cœtus prævaricatorum : 3. et intenderunt linguam suam ut arcum, (g) mendacium, et non fides invaluit super terra : quia a malis in mala egressi sunt, et me non cognoverunt, dicit Dominus. 4. Unusquisque a proximo suo cavete, et super ✕ omnibus : fratribus vestris ne confundatis; quia omnis frater supplantando supplantabit, et omnis amicus dolose incedet : 5. unusquisque in fratrem suum (h) illudet : veritatem non

loquentur. (i) Didicit lingua eorum loqui mendacia : (k) injuste egerunt, et non cessarunt, ut se converterent. 6. Usura super usura, dolus super dolo, non voluerunt cognoscere me, dicit Dominus. 7. Et propter hoc hæc dicit Dominus (l) virtutum : Ecce ego explorabo eos, et probabo eos. Quia ✕ quomodo : faciam ab ante faciem ✕ malitiæ : filie populi mei? 8. Sagitta lacerans lingua eorum : dolosa verba oris eorum : pacifica proximo suo loquitur, et in eo est ei (m) inimicitia. 9. Num super his non visitabo, dicit Dominus? aut in populum talem non ulciscetur anima mea? 10. Super montes (n) sumite planctum, (o) et canticum (lugubrem), et super semitas deserti lamentationem, quia (p) defecerunt, eo quod non sint homines ✕ transcentes : Non audiverunt vocem (q) substantiæ : a volucris cœli, et usque ad jumenta (r) obstupuerunt, abierunt. 11. Et dabo Jerusalem in transmirationem, et (s) in habitacula draconum : et urbes Judæ ponam in exitium, (t) eo quod non habitentur. 12. Quis homo (u) sapiens, et intelligat hoc? et cui sermo oris Domini ad eum, annuntiet vobis, quare periiit terra, accensa est, ut desertum, eo quod non transeat in ea? 13. Et dixit Dominus + ad me : Propter id quod dereliquerunt legem meam, quam dedi ante faciem eorum, et non audiverunt vocem meam, (x) et ambulaverunt ✕ (y) in ea : 14. et iverunt post ea, quæ placuerunt cordi eorum + malo, et post (z) idola, quæ docuerunt eos patres eorum. 15. Propter hoc hæc dicit Dominus virtutum Deus Israelis : Ecce ego cibabo eos ✕ populum hunc : angustiis, et bibendam dabo eis aquam (a) fellis : 16. et dispergam eos in gentibus, quas non noverunt ipsi, et patres eorum : et mittam super eos gladium, donec consumam eos in eo. 17. Hæc dicit Dominus ✕ virtutum : Intelligite, et vocate lamentatrices, et veniant : et ad (mulieres) sapientes mittite, (c) et loquantur : 18. ✕ et festinent : et sumant super vos lamentationem : et demittant oculi vestri lacrimas, et palpebræ vestræ fluant aqua ; 19. quia vox (d) gemitus audita est in Sione : Quomodo (e) miseri facti sumus, erubuimus valde, quia dereliquimus terram, (f) et projecit tabernacula nostra? 20. Audite nunc, mulieres, verbum Dei, et capiant aures vestræ verba oris ejus : et docete filias vestras gemitum, et mulier proximam suam lamentationem. 21. Quia ascendit mors per fenestras vo-

(\*) Vox  $\kappa\tau\tau$ , hoc, post propter, omissum videtur in codice. Norberg. (r) A., impingent. S., rei flent. (s) A., consumptione consumam eos. (t) A., S., et quiescamus ibi, quia Dominus Deus noster s lere fecit nos. (u) A., Ex Dan audietur concitatus cursus equorum ejus. (x) A., S., fortium ejus. (y) A., serpentes speculantes. S., malos. (z) A., lætitia mea super me dolor : super me cor meum insanum. S., illudere mihi dolor super me, cor meum pressum. Th., quia non est contumelia super me, cor meum insanum. (a) Reliqui, in ea. (b) A., S., messis. (c) A., S., fructus. (d) A., S., cicutrix. (e) A., Th., caput meum. (f) A., diversorium viatorum. (g) S., in mendacio, et non in veritate. (h) A., Th., de cepit. (i) A., Th., docuerunt linguam suam. (k) Ad injuste agendum indicarunt amorem laboris. Sedes tua in medio doli : in dolo. (l) A., exercituum. (m) A., S., insidias. (n) A., S., atollam. (o) A., detum. (p) S., ut non comprehensibiles facti sint. (q) A., possessionis. (r) A., migrarunt. (s) A., in tumultus, habitaculum sirenum. (t) A., quod non sit habitator. (u) Intelligens. (x) A., et non ambulat. Th., neque. (y) In lege mea. (z) A., S., Baal. (a) A., absinthii. S., Th., amaritudinis. (c) A., et veniant. (d) S., cantici luctus. (e) Spoliati sumus. (f) Et abjecimus.

stras, ingressa est (g) in terram vestram ad per-  
dendum parvulos a foris, et juvenes de plateis ✕  
morte. 22. Hæc dicit Dominus : (h) Et erunt mor-  
tui hominum ludibrium super facie campi + terræ ve-  
stræ ; et ut sœnum post messorum, et non erit, qui  
congregat. 23. Hæc dicit Dominus : Non gloriatur  
sapiens in sapientia sua, et non gloriatur fortis in  
fortitudine sua, et non gloriatur dives in divitiis  
suis : 24. sed in hoc gloriatur qui gloriatur, intelli-  
gere, et nosse me, quod ego sum Dominus qui facit  
misericordiam, et iudicium, et justitiam super terra;  
quia in his voluntas mea, dicit Dominus. 25. Ecce dies  
veniunt, dicit Dominus, et visitabo (i) super omnes  
circumcisos præputiis suis : 26. super Ægyptum,  
et super Judæam, et super Idumæam, et super filios  
Ammon, + et super filios : Moab, et super om-  
nem tondentem quæ super faciem suam, qui habi-  
tant in deserto; quia omnes gentes (k) non circumcisæ  
+ carne ; et omnis domus Israelis (l) non cir-  
cumcisi corde suo.

Cap. X.—1. Audite verbum, quod locutus est Do-  
minus super vos, domus Israelis. 2. Hæc dicit Do-  
minus : Juxta vias gentium ne discatis, et a signis  
cœli ne metuatis (m) ; quia metuunt ab eis facies  
eorum : 3. quia legitima gentium vana sunt. Li-  
gnum, quod ex silva cæsum, opus ✕ manuum :  
fabri lignarii, et conflatio, 4. argento, et auro de-  
corata sunt : laminis ferreis et malleis firmarunt  
ea, et non movebuntur : 9. (n) argentum (o) tractum  
sunt, non ibunt + argentum disruptum ex Thar-  
sis : veniet aurum (p) Mophaz : et manus conflan-  
tium aurum : opera artificum omnia. hyacintho  
et purpura induent ea : 5. portando portabuntur,  
quia non incedent. Ne timeatis ea, quia non male-  
facient, et bonum non sunt. 6. ✕ Unde (q) sicut  
tu, Domine, magnus es tu, et magnum nomen tuum  
in potentia. 7. Quis non timebit te, rex gentium,  
quia tibi est (r) conveniens adorare; quia in omni-  
bus sapientibus gentium, (s) et in omnibus regibus  
eorum unde sicut tu, Domine? 8. (t) et in uno tem-  
pore incendentur, et infirmabuntur, (u) cor vano-  
rum lignum est : 9. argentum productum, quod ex  
Tharsis venit, et aurum (x) ex Uphaz, opera fabri,  
et manuum conflantis aurum, hyacinthus et pur-  
pura vestimentum eorum, opus sapientium omnia : D  
10. Dominus autem Deus verus est, Deus vivens,  
et rex æternus : a furore ejus contremiscit terra, et  
non sustinebunt gentes iram ejus : 11. Sic dice-

lis : dii, qui cœlum et terram non fecerunt, per-  
eant ex terra, et ex sub cœlo hoc. 12. Dominus,  
qui fecit terram in robore suo, qui (y) rectum fecit  
orbem in sapientia sua, et in subtili intelligentia  
sua extendit cœlum, 13. ✕ et qui (z) in vocem  
dat : multitudinem aquæ in cœlo : et eduxit nubes  
ab extremo terræ : fulgura pluvie fecit, et eduxit  
ventos ex thesauris suis. 14. Insanivit omnis homo  
a scientia : erubuit omnis confians aurum super  
sculptilibus eorum, quia falsa conflagrant : non est  
spiritus in eis. 15. Vana sunt opera, (a) infixa : in  
tempore visitationis suæ peribunt. 16. Non est in-  
star hujus pars Jacobo, quoniam qui formavit om-  
nia, ipse ✕ est (b) et Israel : (c) virga hæreditatis  
ejus : Dominus virtutum nomen (d) ei. 17. (e) Con-  
gregavit a foris substantiam tuam, (f) quæ habitat  
in electis. 18. Quia hæc dicit Dominus : Ecce ego  
(g) projiciam eos qui habitant in terra hac in af-  
flictione, et affligam eos, ut (h) inveniatur. 19. (i)  
Væ super fractione tua : dolore affecta est plaga  
tua. Etiam ego dixi, Vere hoc vulnus meum, (k) et  
apprehendit me. 20. Tabernaculum meum (l) mise-  
rum factum est, + peritit ; et omnia aulæa mea  
discissa sunt. Filii mei, et oves meæ non sunt : (m)  
non est locus amplius tabernaculi mei, locus au-  
læorum meorum. 21. Quia desipuerunt pastores, et  
Dominum non quæserunt. Propter hoc non intel-  
lexit omne pascuum : et dispersi sunt. 22. Vox  
ramoris ecce venit, et commotio magna ex terra  
aquilonis, ad ponendum urbes Judææ in exitium, +  
et : in cubile (n) struthiocamelorum. 23. Scio, Do-  
mine, quod non hominis via ejus, (o) neque vir  
ibit (p), et dirigit ✕ iter suum : 24. Castiga nos,  
Domine, verumtamen in iudicio, et non in furore  
tuo; quia non paucos facies nos : 25. effunde fu-  
rorem tuum super gentes illas, quæ non cogno-  
scunt te, et super (q) generationes illas, quæ nomen  
tuum non invocarunt; quia comederunt Jacob; et  
pessum dederunt eum, ✕ et consumserunt eum ;  
et (r) pascua eorum vastarunt.

Cap. XI.—1. Verbum, quod factum est ad Jere-  
miam a Domino, dicens : 2. Audite verba fœderis  
hujus : et loqueris ad viros Judææ, et ad eos qui  
habitant in Jerusalem, 3. et dices ad eos : Hæc di-  
cit Dominus Deus Israelis : Maledictus homo, qui  
non audiet verba fœderis hujus, 4. Quod præcepi  
patribus vestris in die, quo eduxi eos ex terra Æ-  
gypti, ex fornace ferri, dicente me : Audite vo-

(g) A., in palatia vestra. (h) Reliqui, et cadent. (i) S., super omnes per manum per manum (i. e. sigillatim s. paulatim), qui sunt in præputio. (k) A., præputiata. (l) A., præputiati in corde. (m) A., expavescent gentes ab eis. (n) A., ut palma. S., rupes (\*). (o) A., extensa sunt, et non loquentur. S., et extracta sunt, et non loquentur. Th., infixa sunt. (p) Ophiri. (q) A., qui similis tibi. (r) A., decens. (s) Et in omnibus regnis. (t) A., et uno tempore fient sine intelligentia, et sine ingenio. S., simul autem stulti videbuntur et desipientes. (u) A., eruditio. (x) Ex Ophir. (y) A., stabilis. S., qui confir-  
mat. (z) A., in vocem dedit eis multitudinem aquæ. (a) A., derisionum. (b) Hæreditas ejus. (c) A., virga hæreditatis ejus : Dominus exercituum. ΣΚΗΙΤΡΟΝ. (d) Deus. (e) A., S., congrega. (f) A., quæ habitat in munimento. S., in oppido. (g) A., funda projiciam. (h) A., Th., et perferam eam. (i) A., direptum est, et omnes paxilli dispersi sunt, filii mei exierunt, et non sunt. (m) A., non est, qui extendit amplius tentorium meum, et erigit aulæa mea. (n) A., S., sirenum. Th., draconum. (o) S., neque viri ambulare, et dirigat gressus suos. (p) Recte. (q) Regnum. (r) A., decus ejus depravarunt.

(\*) [Huc translata sunt ista a versu 9 seq. Dracæ.]

cem meam, et facite secundum omnia, quæ præce-  
pero vobis, et eritis mihi in populum, et ego ero  
vobis in Deum : 5. ut statuam juramentum meum,  
quod juravi patribus vestris, ad dandum eis terram  
manantem lacte et melle, sicut dies hic. Et respon-  
di, et dixi : (s) Fiat, Domine. 6. Et dixit Dominus  
ad me : (t) Lege ✕ omnia : verba hæc in urbibus  
Judæ, et (u) foris Jerusalem, dicens : Audite verba  
(x) fœderis hujus, ✕ et facite ea. 7. Quia con-  
testans ✕ contestatus sum patribus vestris in  
die, quo eduxi eos ex terra Ægypti, et usque ad  
diem hunc, præveniens et contestans, et dicens :  
Audite vocem meam. 8. Et non audiverunt, (y) et  
deflexerunt aurem suam, et abierunt vir (z) in re-  
ctitudine cordis sui mali : et adduxi super eos om-  
nes sermones fœderis hujus, quod præcepi, ut fa-  
cerent, et non fecerunt. 9. Et dixit Dominus ad  
me : Inventa est (a) colligatio in viris Judæ, et in  
iis qui habitant in Jerusalem : 10. reversi sunt su-  
per iniquitates patrum suorum priorum, qui non  
vulnerunt audire verba mea : et ecce ipsi (b) abeunt  
post deos alienos, ad colendum servitium eis. Et  
irritum fecerunt domus Israelis, et domus Judæ  
fœdus meum, (c) quod constitui ad patres eorum.  
11. Propter hoc hæc dicit Dominus : Ecce ego in-  
duco super eos mala, ex quibus non poterunt exire  
ex eis : (d) et clamabunt ad me, et non exaudiam  
eos, 12. et ibunt urbes Judæ, et ii qui habitant in  
Jerusalem, et clamabunt ad deos, quibus ipsi ado-  
lent eis, ✕ et salvando : non salvabunt eos in  
tempore malorum eorum. 13. Quia juxta numerum  
tribuum tuarum erant dii tui, Juda, et juxta nume-  
rum (e) exituum Jerusalem posuisti (f) excelsa ✕  
pudori altaria : ad adolendum Baali. 14. Et tu ne  
ores pro populo hoc, neque (g) supplices pro eis in  
petitione et oratione, quia non exaudiam in tem-  
pore, quo invocant me, in tempore humilitatis suæ.  
15. (h) Quare dilecta in domo mea fecit abomina-  
tionem ? Num vota et caro sancta auferent a te ma-  
litas tuas, aut per hæc effugies ? 16. Oleam deco-  
ram, bene umbrosam aspectu vocavit Dominus no-  
men tuum, (i) in vocem amputationis ejus : (k)  
magna afflictio super te : (l) lætam raris ejus : 17.  
et Dominus potens, qui plantavit te, locutus est su-

A per te mala, pro malitia domus Israelis, et domus  
Judæ, (m) quia fecerunt illi sibi ad irritandum me,  
adolentes Baali. 18. Domine, notum fac mihi, et  
sciam. Tunc vidi studia eorum. 19. Ego quasi (n)  
agnus innocens, ductus ad immolandum, non co-  
gnoscebam : ✕ quia : super me cogitarunt cogita-  
tionem, dicentes : Venite, et (o) mittamus lignum  
in panem ejus, et perdamus eum ex terra viventium,  
et nomen ejus non memorabitur amplius. 20. Do-  
mine virtutum, judicans justa, (p) probans renes et  
corda, videam ultionem quæ a te in eis, quia ad te  
revelavi (q) jus meum. 21. Propter hoc hæc dicit  
Dominus super viros Anathoth, qui quærun animam  
tuam, dicentes : Non prophetabis super no-  
mine Domini, et si vero non, morieris in manibus  
nostris. 22. ✕ Propter hoc : hæc + dicit Do-  
minus (r) virtutum : Ecce ego visitabo super eos :  
juvenes eorum morientur in gladio, et filii eorum,  
et filia eorum consumeantur in fame : 23. et resi-  
duum non erit eorum ; quia adducam mala super  
eos qui habitant in Anathoth in anno visitationis  
eorum.

Cap. XII. — 1. (s) Justus es, Domine ; quia profe-  
ram spiritum (i. e. *contendam*) ad te : verumtamen  
judicia loquar ad te. Quare via impiorum prospera-  
tur ? ebulliverunt omnes, qui prævaricantur præva-  
ricationes ? 2. Plantasti eos, et confirmata est ra-  
dix eorum : (t) genuerunt filios, et fecerunt fruc-  
tum. Propinquus tu ori eorum, remotus tu autem a  
retribus eorum. 3. Et tu, Domine, (u) cognoscis me,  
novisti me, ✕ et : probasti cor meum coram te :  
✕ congrega eos ut oves ad mactationem, et : (x)  
purifica eos in diem mactationis eorum. 4. Usque  
quo lugebit terra, et herba omnis agri siccabitur a  
malitia eorum qui habitant in ea ? Corrupta sunt ju-  
menta, et volatilia, quia dixerunt : Non videbit  
Deus (y) vias nostras. 5. (z) Pedes tui currunt, et  
remissum reddunt te : quomodo præparaberis su-  
per equis, et in terra pacis confidens tu ? quomodo  
facies (a) in superbia Jordanis ? 6. Quia etiam fra-  
tres tui, et domus patris tui, etiam ipsi perfide ag-  
runt tecum, et ipsi clamaverunt : a tergo tuo congre-  
gati sunt ~ super te : ne credas eis ; quia loquen-  
tur ad te bona. 7. Reliqui domum meam, dimisi

(s) Heb., amen. A., vere. (t) S., prædica. (u) A., Th., in exitibus. (x) A., S., pacti hujus. (y) A.,  
et non inclinarunt. (z) A., in perversitate. S., in beneplacito. (a) A., prævaricatio. S., juramenta  
invicem. (b) Ambulantes. (c) A., quod excidi. (d) A., S., et vociferabuntur. (e) S., platearum.  
(f) A., S., altaria. (g) S., leves tu pro eis precationem, neque ores. (h) A., quare dilecto meo in domo  
mea ad faciendum cogitata multa, et carnem sanctam amovi a te, quia malitia; quia tunc exultabis.  
(i) S., ad vocem multitudinis grandis. (k) Arsit ignis super eam. (l) A., S., infirmati sunt. (m) A., S.,  
hi. (n) S., agnus pacificus, qui ducitur ad jugulationem. A., adsuetus. (o) S., corrumpamus ligno  
panem ejus, et deducamus eum. (p) S., investigans. (q) A., S., iudicium meum. (r) A., exercituum.  
(s) A., justus tu, Domine, quando iudicio contendam adversus te. S., plus justus tu, Domine, si loquar  
ego adversus te ; verumtamen iudicia loquar coram te. (t) A., iverunt. S., se extendentes faciunt fructum.  
(u) A., S., cognovisti me. (x) A., Th., sanctifica. S., discerne. (y) A., S., novissima nostra. (z) A.,  
quia cum pedibus cucurristi, et fatigarunt te, et quomodo implicabis te cum equitibus intelligentibus. S.,  
si cum pedibus dum currebas, defatigatus es, quomodo contendes cum equis, et in terra pacifica es si o  
solicitudine ? (a) A., in elatione. S., quomodo visitabis in robore Jordanis ? quia adhuc et fratres tui,  
et domus patris tui rursus etiam ipsi ad expectandum te, quoque illi clamaverunt post te, additi sunt : ne  
credas eis, si loquantur ad te bona.

hæreditatem meam : dedi (b) animam meam dilectam in manus inimicorum ejus. 8. Facta est mihi hæreditas mea ut leo in silva, dedit super me vocem suam : propter hoc odi eam. 9. Nonne spelunca hyænæ hæreditas mea mihi? aut spelunca in circuitu ejus super eam? Ite, congregate omnes bestias agri, et veniant ad comedendum eam. 10. Pastores multi corrupserunt vineam meam, (c) polluerunt (d) partem meam, dederunt portionem desiderabilem meam in desertum non pervium. 11. Posita est in corruptionem (e) perditionis. Propter me eversa est pernicie tota terra, quia non est vir, qui ponat in corde suo. 12. Super omnem exitum in deserto venerunt (f) ii qui vexant : quia gladius Domini comedet a (g) principio terræ usque ad principium terræ : non est pax omni carni. 13. Seminastis triticum, et spinas messuistis : (h) sortes (i) eorum non proderunt eis. Erubescite a (k) gloria vestra, (l) ab opprobrio coram Domino. 14. Quia hæc dicit Dominus de omnibus vicinis malis, qui tangunt hæreditatem meam, quam (m) distribui populo meo ✕ Israel : : Ecce ego (n) evellam eos ex terra eorum, et domum Judæ ejiciam ex medio eorum. 15. Et erit, postquam (o) ejecero eos, revertar (p) et miserebor eorum, (q) et habitare faciam eos unumquemque in hæreditatem suam, et unumquemque in terram suam. 16. Et erit, si (r) discendo didicerint viam populi mei ad dicendum in nomine meo, vivit Dominus, sicut docuerunt populum meum ad dicendum in Baal, etiam habitabunt in medio populi mei. 17. Si autem non (s) se converterint, et tollam illam gentem sublatione, et perditione, ✕ dicit Dominus :

Cap. XIII.— I. Hæc dicit Dominus ✕ ad me : Vade, et posside tibi pallium lini, et pone illud super latus tuum, et per aquam non transibit. 2. Et possedi pallium juxta verbum Domini, et posui illud super latus meum. 3. Et factum est verbum Domini ad me ✕ repetitionis (i. e., iterum) : , dicens : 4. Sume pallium, ✕ quod possedisti : , quod super latus tuum, et surge, et vade ad Euphratem, et absconde illud ibi in foramine petreæ. 5. Et ivi, et abscondidi illud in Euphrate, sicut præceperat Dominus mihi. 6. Et factum est post dies multos, et dixit Dominus ad me : Surge, vade ad Euphratem, et sume inde pallium, quod præcepi tibi, ut absconderes ibi. 7. Et abii ad Euphratem, et effodi, et sumsi pallium ex loco, quo (t) obrui illud ibi. Et ecce corruptum erat

✕ pallium : illud, (u) ut non aptum esset ne quidem ad aliquid. 8. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Hæc dicit Dominus : 9. Sic corrumpam (x) contumeliam Judæ, et (x) contumeliam Jerusalem. 10. multam, ✕ populum hunc malum : , eos, qui non querunt obedire verbis meis, ✕ (y) qui ambulant in rectitudine cordis ✕ sui mali : , et ambulant post deos alienos, ad colendum servitium eis, et ad adorandum eos : et erunt ut pallium hoc, quod non aptum erit ne quidem ad aliquid. 11. Quoniam sicut agglutinatum est pallium (z) ad latus hominis, ita agglutinaui ad me ✕ omnem domum Israelis : , et omnem domum Judæ, ✕ dicit Dominus : , ut esset mihi in populum nominatum, et in gloriationem, et in gloriam, et non exaudiverunt me. 12. Et dices ad populum verbum ✕ hoc : : Hæc dicit Dominus ✕ Deus Israelis : : (a) Omnis uter implebitur vino. Et erit, si dixerint ad te : Nonne cognoscendo non cognoscemus, quod omnis uter implebitur vino? 13. Etiam dices ad eos : Hæc dicit Dominus : Ecce ego repleturus sum omnes illos qui habitant in terra hac, et reges sedentes filios Davidis super throno + ejus : , et sacerdotes, et prophetas, + et Judam : , et omnes illos qui habitant in Jerusalem ebrietate : 14. Et dispergam eos, virum, (b) et fratrem ejus, et patres eorum, et filios eorum simul. Dicit Dominus : (c) Non concupiscam, et non parcam, et non miserebor a perditione eorum. 15. Audite, et auscultate, et non vos offeratis, quia Dominus locutus est. 16. Date Domino Deo nostro gloriam, antequam antequam (c) tenebrescat, et antequam offendant pedes vestri (d) super montes tenebrosos. Et expectabitis in lucem, (e) et ibi umbra mortis : et ponentur in tenebris. 17. Si autem non audieritis ✕ hoc : , (f) latenter flebit anima vestra coram facie (g) contumeliæ, ✕ et lacrimando lacrimabitur : , et deducunt oculi vestri lacrimas : quia contractus est grex Domini. 18. Dirite regi, et (h) potentibus : Humiliamini, et sedete : quia sublata est de capite vestro corona gloriæ vestræ. 19. (i) Urbes, quæ ad austrum, inclusæ sunt, et non erat, qui aperiat. Transmigravit Juda, perfecit transmigrationem (k) retributionis. 20. Leva oculos tuos, + Jerusalem : , et vide venientes ab aquilone. D Ubi est grex, qui datus est tibi, oves (l) gloriæ tuæ? 21. Quid dices, cum (m) visitaverint te? Et tu docuisti eos (n) contra te doctrinas (o) in principium? Nonne dolores comprehendent te, ut mulierem pa-

(b) A., S., dilecta animæ meæ. (c) Conculcaverunt. (d) Hæreditatem meam. (e) A., S., luxit contra me. (f) A., prædones. S., corruptores. (g) Extremo. (h) A., datæ sunt eis sortes, et non proderunt. S., et hæreditatis non fidelia. (i) Vestræ. (k) A., preventibus vestris. (l) Reliqui, ab ira furoris Domini. (m) A., S., quam dedi sortes. (n) A., S., excerpam. (o) A., S., excerpsero. (p) A., S., et gratiam faciam eis. (q) A., et restituam. (r) MAΘONTEΣ MAΘQEIN, *discentes didicerint*. (s) A., S., audierint. (t) Quod abscondi. (u) A., non prosperabatur ne quidem ad aliquid. (x) A., superbiam. (y) S., qui præcincti incidunt in beneplacito cordis sui, eos, qui adhærescunt diis mendacibus. (z) A., lumbi viri. (c) A., omnis hydria et omnis laguncula. S., omnis crater. (b) A., ad. (c) S., non miserebor. (c) Sic iteratur in textu Syr. DAACH. (d) A., super montes nocturnos. (e) A., et ponet eam in umbram mortis. (f) A., in tenebris. (g) A., superbiam. (h) A., dominatrici. S., dominæ. (i) S., urbes meridiei clausæ sunt. (k) Perfectam. (l) S., celebratæ tuæ. (m) S., examinaverit te; tu enim docuisti. (n) S., illa super se adstufecit principatum. (o) A., in caput.

rientem? 22. Et si dixeris in corde tuo: Quare occurrerunt mihi hæc? propter multitudinem injustitiarum tuarum detecta sunt (p) posteriora tua, ut illudantur calcanei tui. 23. Si mutabit Æthiops pellem suam, et parvus varietates suas, etiam vos poteritis benefacere, cum didiceritis mala. 24. (q) Et disseminavi (r) eos, ut stipulas, quæ feruntur a vento in desertum. 25. Hæc sors tua, pars ejus, quod (s) rebellabis adversus me, dicit Dominus. (t) Quia oblita es mei, et sperasti super mendaciis, 26. etiam ego delegam (u) posteriora tua super faciem tuam, et videbitur ignominia tua, 27. adulterium, et hincinus tuus, et (x) alienatio fornicationis tuæ. Super collibus, et in agris vidi abominationes tuas. Væ tibi, Jerusalem; (y) quia non mundata es post me usquequo adhuc.

1. Cap. XIV.—1. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam de ✕ verbis; prohibitionis pluviarum. 2. Luxit Judæa, et portæ ejus (z) vacuæ factæ sunt, et obtenebratæ sunt super terra: et clamor Jerusalem ascendit. 3. (a) Et magnates (b) ejus miserunt juniores suos post aquam: venerunt (c) super puteos, et non invenerunt aquam, reportarunt lagenas suas vacuas, ✕ erubuerunt, et pudore affecti sunt, et operuerunt caput suum. 4. (d) Et opera terræ defecerunt, quia non erat pluvia ✕ super terra. Erubuerunt agricolæ, operuerunt caput suum. 5. Et cervæ in agro pepererunt, et reliquerunt; quia non erat herba. 6. Onagri steterunt (e) super juga, attraxerunt ventum, ✕ ut draco: defecerunt oculi eorum, quia non erat fœnum ab iniquitate populi. 7. Si peccata nostra steterunt contra nos, Domine, fac propter nomen tuum, quia multa (f) peccata nostra + coram te: tibi peccavimus. 8. (g) Expectatio Israelis, Domine, et salvabis in tempore malorum. Quare factus es, ut advena super terra, et ut (h) indigena divertens ad diversorium? 9. (i) Non eris, ut homo dormiens, (k) et ut vir, qui non potest salvare. Et tu in nobis es, Domine, et nomen tuum super nos invocatum est: (l) ne obliviscaris nostri. 10. Sic dicit Dominus populo huic: ✕ Ita: dilexerunt movere pedes suos, et non pepercuerunt, et Deus non sibi complacuit in eis: nunc recordabitur iniquitatum eorum, ✕ et visitabit peccata eorum. 11. Et dixit Dominus ad me: Ne D

A morte ego consummabo eos. 13. Et dixi: (n) Ille, qui est, Domine, Domine, ecce prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, et fames non erit in vobis; quia pacem (o) et verum dabo + super terra, etiam in loco hoc. 14. Et dixit Dominus ad me: Falsa prophetæ prophetant super nomine meo: non misi eos, et non præcepi eis, neque locutus sum ad eos. Quia visiones mendaces, et divinationes, et (r) auguria, et proposita cordis sui ipsi prophetant vobis. 15. Propter hoc hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant super nomine meo, et ego non misi eos, qui dicunt: Gladius, et fames non erit super terra hæc: In morte vehementis cruciatus, ✕ in gladio et in fame (q) consumerunt prophetæ ✕ illi, 16. et populus, quibus ipsi prophetant eis: B et erunt projecti in plateis Jerusalem a facie famis et gladii, et non est, qui sepeliat eos, ✕ ipsi, et uxores eorum, et filii eorum, et filiæ eorum, et effundam super eos mala sua. 17. Et dices ad eos verbum hoc: Deducite ab (r) oculis vestris lacrimas nocte et die, et non cessent; quia fractione magna fracta est ✕ virgo: filia populi mei, et plaga dolorosa valde. 18. Si exeam in campum, et ecce occisi gladio: et si ingrediar in urbem, et ecce (s) dolor famis: quia propheta et sacerdos (t) abierunt in terram, quam non cognoverunt. 19. (u) Num reprobando reprobasti Judam, et a Sione recessit anima tua? Quare percussisti nos, et non est nobis sanatio? Expectavimus pacem, et non fuerunt bona, tempus sanationis, et ecce turbatio. 20. Cognovimus, Domine, peccata nostra, et iniquitates patrum nostrorum; quia peccavimus coram te. 21. (x) Abstine propter nomen tuum, (y) ne perdas thronum gloriæ tuæ. Recordare: (z) ne irritum facias testamentum tuum, quod nobiscum. 22. Num est in idolis gentium, qui pluere faciat? Et si cælum dabit satietatem suam, nonne tu es ✕ ipse Dominus Deus noster? Et expectamus te, quia tu fecisti omnia hæc.

Cap. XV.—1. Et dixit Dominus ad me: Si steterit Moses, et Samuel ante faciem meam, non est anima mea + ad eos. Populum hunc emitte ✕ ab ante faciem meam: et exeat. 2. Et erit, si dixerint ad te: Quo egrediemur? etiam dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem, et qui ad gladium, ad gladium, et qui ad famem, ad famem, et qui ad captivitatem, ad captivitatem. 3. Et ulciscar super eos quatuor species, dicit Dominus, gladium ad jugulationem, et canes ad dilaceratio-

(p) A., S., fimbriæ tuæ, polluti sunt tali tui. (q) A., S., et dispergam eos velut stipulam. (r) Vos. (s) A., mensuræ tuæ a me. (t) Sicut. (u) A., S., fimbrias tuas. (x) A., cogitatio fornicationis tuæ. S., abominatio fornicationis tuæ. (y) A., non enim te mundasti post me unquam adhuc. (z) A., infirmatæ sunt, S., ceciderunt. (a) A., et maximi eorum miserunt minores. (b) Eorum. (c) Super colles. (d) S., propter terram victi sunt. (e) S., recte ad attrahendum ventum, sicut sirenes. (f) A., S., aversiones. (g) S., expectatio Israelis. (h) A., Th., proficiscens in via. (i) S., quare fuitis. (k) Aut. (l) A., S., ne dimittas nos. (m) A., oblationem. Hebr. munus. (n) Hebr. ahal Domine. S., o, Domine. (o) A. S., et veritatem. (p) A., delirium. S., vanitas. (q) Morientur. (r) A., oculi mei. (s) A., infirmi fame. (t) S., circumverunt. (u) A., num ejiciendo ejecisti Judam. (x) A., ne protrahas. S., ne irascaris. (y) A., S., ne contemnas. (z) A., ne irritum facias pactum tuum.

nem, et volucres cœli, et bestias terræ ad cibum, A Seorsim sedebam, quia (s) amaritudine repletus et ad corruptionem. 4. Et tradam eos (a) in angustias omnibus regnis terræ propter Manassem filium Hezechiæ regem Judæ, pro omnibus, quæ fecit in Jerusalem. 5. Quis parcat super te, Jerusalem? et quis contristabitur super te? aut quis revertetur, ✕ interrogabit; in pacem tuam? 6. Tu indignata es me, dicit Dominus: retrorsum ibis. Et extendam manum meam super te, et corrumpam te, (b) et non amplius dimittam eos: 7. (c) et dispergam eos in dispersione, in portis (d) populi mei stirpe succisi sunt: perdidit populum meum (e) propter malitias suas, ✕ et non reversi sunt: 8. multiplicatæ sunt ✕ super me: viduæ eorum plus quam arena maris: induxi ✕ eis: super matrem adolescentium (f) miseriam in meridie: injeci super eam repente (g) tremorem et festinationem. 9. Vacua facta est, quæ parit sptem: perturbata est anima ejus: occidit sol ei, cum adhuc medius dies; erubuit, et probum passa est: reliquos eorum in gladium dabo coram inimicis eorum, dicit Dominus. 10. Væ mihi ego, mater mea, qualem genuisti me virum (h) judicantem, ✕ et virum: (i) dicentem iudicium omni terræ? (k) Non profui, et non profuit mihi nec quisquam. (l) Robur meum defecit in iis, qui maledicunt mihi. 11. Fiat, Domine, cum (m) ipsi prospere agunt ✕ in bonum: Si non steti coram te in tempore malorum eorum, et in tempore afflictionis + eorum in bona: adversus inimicum. 12. (n) Si cognoscetur (o) ferrum, et operimentum ætis robur tuum? 13. Et thesauros tuos in direptionem dabo, commutationem propter omnia peccata tua, et in omnibus terminis tuis. 14. Et servire te faciam inter inimicos tuos, in terra, quam non novisti: quia ignis accensus ex furore meo, super vos ardebit. 15. ✕ Tu novisti, Domine: recordare mei, et visita me, (p) et impnem dimitte me ab his, qui persequuntur me: non in longanimitatem ✕ tuam suscipias me: Scito, quod accepi pro te opprobrium 16. ab his, (q) qui prævaricati sunt in sermones tuos: consumma eos. Et erit verbum tuum mihi in gaudium, et in lætitiâ cordis mei; quia invocatum est nomen tuum super me, Domine ✕ Deus: omnipotens. 17. Non sedi in consessu eorum, cum ludunt, sed (r) erubui a facie manus tuæ.

sum. 18. (t) Quare qui affligunt me, invalescunt super me? Plaga mea dura: unde sanabor? dnm fit, facta mihi est, ut aqua mendax, cui non est fides. 19. Propter hoc hæc dicit Dominus: Si te convertas, et restituam te, ante faciem meam stabis. Et si educas pretiosum (x) ab eo, qui nō dignus est, quasi os meum eris. Et revertentur ipsi ad te, et tu non reverteris ad eos. 20. Et dabo te populo huic, ut murum æris munitum, et bellabunt adversus te, et non poterunt adversus te, quia tecum sum ad salvandum te, 21. et ad eripiendum te. ✕ dicit Dominus, et eripiam te: ex manu malorum, ✕ et redimam te: ex manu (x) corruptorum.

**B** Cap. XVI. — 1. Dicit Dominus Deus Israelis: (y) Et tu ✕ ne capias tibi uxorem, 2. et: non gignetur tibi filius, neque filia in loco hoc. 3. Quia hæc dicit Dominus de filiis et filiabus, qui nascuntur in loco hoc, et de matribus eorum, quæ pepererunt eos, et de patribus eorum, qui genuerunt eos in terra hac: 4. In morte vehementis cruciatus morientur: non plangentur, neque sepelientur: in ludibrium super facie terræ erunt: in gladio cadent, et in fame consumerentur: et erunt cadavera eorum in cibum volucribus cœli, et (z) bestiis terræ. 5. (a) Hæc dicit Dominus: Ne ingrediaris (b) in turmam eorum, neque abeas ad plaugendum, neque lugeas eos: quia removi pacem meam a populo hoc hoc (\*), dicit Dominus, ✕ misericordiam, et commiserationem: 6. et morientur grandes et parvi in terra hac, non sepelientur: neque plangent super eis, neque facient incisuras, neque (c) radent, ✕ neque defleebunt eos, non sepelientur: 7. neque frangetur panis in luctu eorum in consolationem super mortuo: non potabunt eum calice consolationis super patre ejus, et matre ejus. 8. In domum convivii non ingredieris, ut sedeas cum eis ad edendum, et ad bibendum. 9. Quia hæc dicit Dominus virtutum Deus Israelis: Ecce ego irritam facio de loco hoc coram oculis vestris, et in diebus vestris, vocem gaudii, et vocem lætitiæ, vocem sponsi, et vocem sponsæ. 10. Et erit, quando annuntiaveris populo huic omnia verba hæc, et dixerint ad te: Quare locutus est Dominus super nos omnia mala magna hæc?

(a) A., in eribationem. S., in unum (errorem hic suspicor). (b) A., lassus sum consolationem accipere. Et dispergam eos. S., lassus sum eo quod transfero. (c) Et dispergam eos in desertum. (d) Terra. (e) A., S., a viis suis. (f) S., vastatores. (g) S., civitatem et festinationes. (h) A., litis. (i) A., sine utilitate. (k) Non fœneravi, nec fœnerarunt mihi. (l) Quisque maledicit mihi, dicit Dominus. (m) Si non: si residuum tuum erat mihi in bonum, si non occurri tibi in tempore malorum. (n) A., nunquid consociabitur. S., nunquid nocebit. (o) A., ferrum ferro ab aquilone, et æs? Robur tuum, et thesauros tuos in prædam dabo pro nihilo. (p) A., S., fac nobis vindictam. (q) A., inventi sunt sermones tui, et comedi eos, et factum est verbum tuum mihi in gaudium. S., inventi fuerunt sermones tui alimentum mihi, et factum est verbum tuum mihi in gaudium. (r) A., et superbivi a facie manus tuæ. S., et lætatus sum propter manum tuam. (s) A., S., robore. (t) S., quare fuit dolor meus constans, et plaga mea sine curatione, non passa est moram ad accipiendum curationem. (x) A., ab obscuro. S., a mendicio obscuro. (y) A., S., et factum est verbum Domini ad me, dicens. (z) A., Th., animalibus. (a) Reliqui, quoniam hæc. (b) A., ad domum epulationis eorum. (\*) Repetitio textus Syriaci. DRACH. c) A., glabrabunt se.

Quæ iniquitas nostra, et quod peccatum nostrum, quod peccavimus coram Domino Deo nostro? 11. Et dices ✕ ad eos : Pro eo quod dereliquerunt patres vestri me, dicit Dominus, et abierunt post deos alienos, et coluerunt servitium eis, et adoraverunt eos, et me dereliquerunt, et legem meam non custodiverunt : 12. et vos male egistis ✕ ad faciendum : plus quam patres vestri. Et ecce vos ambulatis unusquisque post (d) ea, quæ placent cordi vestro malo, ut ne obediatis mihi. 13. Et abjiciam vos ex terra hac in terram, quam non novistis vos, et patres vestri, et coletis servitium ibi diis aliis ✕ die et nocte : (e) qui non dabunt vobis misericordiam. 14. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus : et non dicent amplius, vivit Dominus, qui eduxit filios Israelis ex terra Ægypti; 15. sed vivit Dominus, qui eduxit ✕ et ducit : filios Israelis ex terra aquilonis, et ex omnibus regionibus, quo expulsi sunt ibi. Et revertar stare faciam eos in terra sua, quam dedi patribus eorum. 16. Ecce ego mitto pisces multos, dicit Dominus, et piscabuntur eos, et post hæc mittam venatores multos, et venabuntur eos desuper omni (f) monte, et desuper omni colle, et de cavernis petrarum : 17. quia oculi mei super omnes vias eorum, ✕ ubi se absconderunt a facie mea : et non sunt absconditæ iniquitates eorum ab ante oculos meos. 18. Et retribuam primum duplices injustitias eorum, et peccata eorum, in quibus polluerunt terram meam in cadaveribus abominationum suarum, et (f) in iniquitatibus suis, in quibus impleverunt hæreditatem meam. 19. Domine, robur meum, (g) et auxilium meum, et refugium meum in die malorum, ad te gentes venient ab extremo terra, et dicent, quod idola falsa possederunt patres nostri, et non est in eis utilitas. 20. Si faciet sibi homo deos, et ipsi non sunt Dii? 21. Propter hoc ecce ego ostendam eis (h) in tempore hoc manum meam, et robur meum notum faciam eis, et scient, quod nomen mihi Dominus.

Cap. XVII. — 1. ✕ Peccatum Judæ scriptum est (i) in ferro in onycha adamantina, sculptum (k) super pectore cordis eorum, et super cornibus altarium eorum. 2. Cum recordati fuerint illi eorum altarium suorum, et plantariorum suorum, super ligno frondoso, et super collibus excelsis. 3. Et montes in agro, robur tuum, et omnes thesauros tuos in direptionem dabo, et excelsa tua propter

A peccata tua in omnibus finibus tuis. 4. Et relinqueris (l), et deprimeris ab hæreditate tua, quam dedi tibi, (m) et ascendere faciam te in inimicis tuis in terra, quam non nosti : quia ignis ascensus in furore meo, usque in sæculum ardebit :. 5. Hæc dicit Dominus : Maledictus homo, cui spes est super hominem, (n) et firmabit carnem brachii sui, et a Domino discedet cor ejus. 6. Et erit ut myrica agrestis (o) in deserto, et non videbit, cum venient bona : et habitabit (p) inter herbas salsas in deserto terræ salsæ, quod non habitatur. 7. Et benedictus homo, qui confidit super Domino, et erit Dominus spes ejus. 8. Et erit ut lignum (q) fertile super aquas, et super humorem mittet radices suas : et non timebit, cum venerit æstus, et erunt in eorum rami umbrosi in anno, qui sine pluvia, non timebit, et non cessabit faciens fructus. 9. (r) (s) Profundum cor plus quam omnia : et (t) homo est, et quis cognoscet eum? 10. Ego Dominus (u) numerans corda, et probans renes, ad dandum unicuique secundum vias ejus, et secundum fructus studiorum ejus. 11. Dedit vocem perdix, (x) congregavit, quæ non peperit, faciens divitias suas cum judicio : in dimidio dierum ejus relinquent eum, et in extremo suo erit (y) stultus. 12. Solium gloriæ elevatum ✕ a principio, locus : sanctuarii nostri, 13. expectatio Israelis, Domine, omnes, qui dereliquerint te, erubescunt : (z) qui recesserint, super terra scribentur ; quia dereliquerunt (a) fontem ✕ aquarum : viventium, Dominum. 14. Sana me, Domine, et sanabor : salva me, et salvabor : quia (b) gloriatio mea es. 15. Ecce ipsi dicunt ad me : Ubi est verbum Domini, veniat ✕ nunc :. 16. Ego autem (c) non defessus sum, adhærescens post te, et diem hominis non desideravi : tu scis. Quæ egrediuntur per labia mea, ante faciem tuam sunt. 17. Ne sis mihi (d) in alienationem, cum parcis ✕ tu : mihi in die malo. 18. Erubescant, qui persequuntur me, et non erubescam ego : paveant illi, et non paveam ego : induc super eos diem malum : fractione dupla frange eos. 19. Hæc dicit Dominus ad me : Vade, et sta in portis filiorum populi tui, in quibus ingrediuntur + in eis : reges Judæ, et in quibus egrediuntur in eis, et in omnibus portis Jerusalem : 20. et dices eis : Audite verbum Domini, reges Judæ, et omnis Judæa, et omnes ii qui habitant in Jerusalem, ii qui ingredientur in portis his. 21. Hæc dicit Dominus : Custodite animas vestras,

(d) A., perversitatem cordis sui. (e) A., ubi non dabo vobis gratis. (f) Ante vocem monte legitur in textu Syriaco *colla*, colle. Sed delendum haud dubitamus. Norberg vero vertit, *desuper omne colle monte*, non animadvertens mox sequi, *et desuper omni colle*. Cf. Textus Hebr. et LXX Græc. *Dei*. (f) A., S., abominationum suarum. (g) A., S., et fortitudo mea. (h) A., Th., una vice hac. (i) In stylo. (k) A., S., super tabula cordis eorum. (l) Sola. (m) S., et subjiciam te. (n) A., et ponet carnem brachii sui. (o) A., in æquo loco. S., in Arabia. (p) A., inter excisum. S., in siccitate. Th., in foveis. (q) A., plantatum super aquas. (r) Grave. (s) A., curvum. (t) S., vir autem quis est, qui cognoscat illud? (u) A., investigans. (x) A., coarctavit. (y) A., liquescens. Heb. Nabal *בבל* *desipiens*. (z) S., et increduli super terra scribentur. (a) S., scaturiginem aquæ viventis. (b) A., laus mea. (c) S., non detentus factus sum a malitia post te. (d) A., S., pavori : spes mea tu.

et ne gestetis sarcinas in die sabbatorum, neque egrediamini portis Jerusalem : 22. neque educatis sarcinas e domibus vestris in die sabbatorum, et omne opus non facitis : et sanctificate diem sabbatorum, sicut præcepi patribus vestris : et non audiverunt, nec inclinarunt (e) aures suas, 23. et obdurarunt collum suum + plus quam patres eorum : , ne audirent me, et ne acciperent disciplinam. 24. Et erit, si audiendo audieritis me, dicit Dominus, ut non inferatis sarcinas per portas urbis hujus in die sabbatorum, et ad sanctificandum diem sabbatorum, ut non faciatis in eo omne opus ; 25. etiam ingredientur per portas urbis hujus reges, et principes sedentes super solio Davidis, et vecti super curribus et equis suis, et principes eorum, (f) viri Judæ, etiam illi qui habitant in Jerusalem, (g) et habitabitur urbs hæc in sæculum. 26. Et venient ex urbibus Judæ, et ex circuitibus Jerusalem, et ex terra Benjamin, et ex (h) planitie, et ex monte, et ex ea, quæ ad meridiem, ferentes holocausta, et (i) thymiamata, et (k) manna, et thus, et afferentes (l) laudem in domum Domini. 27. Et si non audieritis me, ad sanctificandum diem sabbatorum, ut ne gestetis sarcinas, et ingrediamini in portis Jerusalem in die sabbatorum, etiam accendam ignem in portis ejus, et devorabit (m) plateas Jerusalem, et non exstinguetur.

CAP. XVIII. — 1. Verbum, quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens : 2. Surge, et descende in domum (n) figuli, et ibi audies verba mea. 3 Et descendi in domum figuli, et ecce ipse faciebat opus (o) super lapidibus : 4. et cecidit lagena, quam ipse faciebat ✕ in luto : in manibus (p) suis : et rursus fecit eam lagenam alteram, ut placuit (q) coram eo facere. 5. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 6. Si, quemadmodum figulus hic, non potero facere vos, domus Israelis, ✕ dicit Dominus? : Ecce sicut lutum ✕ in manibus figuli, ita : vos estis in manibus meis. ✕ domus Israelis : . 7. (r) Ad summam loquar super gentem, aut super regnum (s) ad tollendum eos, ✕ et ad destruendum : , et ad perdendum. 8. Et revertetur gens illa a malis eorum, quæ locutus sum super ea : etiam (t) agam poenitentiam pro malis, quæ cogitavi facere eis. 9. Et (u) ad summam loquar super gentem, et super regnum, ut ædificetur denuo, et ut plantetur : 10. et facient mala coram me, ut ne audiant vocem meam : etiam (x) agam poenitentiam

pro bonis, quæ locutus sum facere eis. 11. Et nunc dic ad viros Judæ, et ad eos, qui habitant in Jerusalem, ✕ dicens : Ita dicit Dominus : : Ecce ego creo super vos mala, et cogito super vos cogitationem. Revertatur igitur unusquisque a via sua mala, et pulchriora facite studia vestra, ✕ et vias vestras : . 12. Et dixerunt : (y) Viriliter agemus; quia post aversiones nostras ibimus, et unusquisque ea, (z) quæ placent cordi ejus malo, faciemus. 13. Propter hoc hæc dicit Dominus : Interrogate nunc in gentibus, quis audivit talia horribilia, quæ fecit valde virgo Israelis? 14. (a) Num deficient a petra ubera, aut nix a Libano? aut declinabit aqua violenter abducta vento? 15. Quia obliti sunt mei populus meus : in vanum adoluerunt, (b) et infirmabuntur in viis suis funiculi sempiterni, ad incendendum in semitis, quibus non est via ad iter, 16. ad ponendum terram suam in exitium et sibi-lum sempiternum. Omnes ii qui transeunt super ea obstupescunt, et commovebunt caput suum. 17 (c) Sicut ventum æstus, dispergam eos ante faciem inimicorum suorum : ✕ (d) cervicem, et non faciem : ostendam eis in die perditionis eorum. 18. Et dixerunt : Venite, cogitemus super Jeremiam cogitationem ; quia non peribit lex a sacerdote, et consilium a (e) prudente, et sermo a propheta. Venite, et percutiamus eum in lingua, ✕ et non : audiemus omnes sermones ejus. 19. Exaudi me, Domine, et exaudi vocem (f) juris mei? 20. Si retribuantur mala pro bonis ; (g) quia locuti sunt simul (h) iudicium + super animam meam, et ponere in caput suum (i. e. punire semet ipsos), occularunt : . Recordare mei, cum steti ante faciem tuam, ad loquendum pro eis bona ad averteandum furorem tuum ab eis. 21. Propter hoc da filios eorum in famem, et (i) congrega eos in manum gladii. Fiant uxores eorum siue liberis, et viduæ : et viri eorum sint occisi morte, (k) et juvenes eorum cadentes in gladio in bello. 22. Fiat clamor in domibus eorum; ✕ quia : adduces super eos latrones subito, quoniam (l) fuit eis verbum ad capiendum me, et laqueos abdidit super me. 23. Et tu, Domine, novisti omne consilium eorum, quod super me in mortem : (m) ne munda iniquitates eorum, et peccata eorum ab ante faciem tuam ne deleas. (n) Fiat infirmitas eorum coram te : in tempore furoris tui fac in eis.

CAP. XIX. — 1. Tunc dixit Dominus ad me : Vade,

